



John Carter Brown
Library
Brown University

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

4953/D

1500
PRBm

# PETRI PETITI,
Philoſophi, & Doct. Medici

# DE AMAZONIBUS DISSERTATIO,

Quâ an verè extiterint, necne, variis ultro citroque conjecturis & argumentis diſputatur.

*Multa etiam ad eam gentem pertinentia, ex antiquis monumentis eruuntur atque illuſtrantur.*

LUTECIÆ PARISIORUM,
E Typographia ANDREÆ CRAMOISY, viâ dictâ *de la Harpe*, ſub Abrahami Sacrificio.

M. DC. LXXXV.

*CUM PRIVILEGIO REGIS.*

Sund. 9530
23-474
RPJCB

AD

# CAROLUM CÆSAREM BAUDELOT DE DAIRVAL,

## CAUSARUM IN SENATU PATRONUM,

Eruditiſſimum Virum.

DE *Amazonibus quæſtio*, Carole Cæſar Amicorum jucundiſſime, *cùm per ſe difficilis eſt ad explicandum, propter antiquitatem, quæ vel certiſſimis rebus ipſa temporum longinquitate nebulas offundit; tum hominum opinionibus periculoſa, negantium ea ex-*

*titiſſe, quæ conſuetis ſibi & notis parum conſentanea vident. Quæ ſi legere dignentur, non alia mente legunt, ac quæ Poëtæ ad ſtudiorum voluptatem, aut proprii ingenii oſtentationem indubitato furoris impetu componunt. Cæterùm ſic exiſtimo, nihil eſſe, quod magis ardorem reſtinguere, impetumque ſcribendi tardare bene ſanis hominibus valeat, quàm ſi intelligant, quæ ſcripturi ſunt, ea nullam apud eruditos habitura fidem, aut ſpeciem veritatis. Omnes profectò veritatem amamus, mendacium odimus: ac quanquam fictis multis ingenium & exquiſitam artis rationem lenocinari conſtat; non tamen fieri poteſt, ut pari intentione & ſtudio illa vanitatis ſuſpecta amplectamur, ac quæ vera eſſe confidimus. Namque illis tunc ſolùm locum damus, cùm*

*vacui ſumus, ceu petauriſtarum ſaltibus, aut præſtigiatorum miraculis, & aliis ludicris, non ſine quodam eorum, qui talia venditant, contemptu; quo pacto & omnes hiſtrionum ſucceſſibus in theatris applaudunt, cùm interim nemo paulò honeſtior non ejuſmodi hominum ſortem aſpernetur. At quæ ſolidæ diſputationis auctoritatem in literis habent, his omnes tota intentione, nec ſine ſcriptoris veneratione, & grata recordatione animum applicant. Hæc conſiderans, fateor me abhorruiſſe ſemper ab exponendis Amazonum rebus; cùm animadverterem, quæ de his in literas relata eſſent, quibuſdam viris doctiſſimis, & magnis auctoribus, mendacii eſſe ſuſpecta & fabuloſa cenſeri. Neque aliâ porrò causâ factum eſt, ut cùm tu contrariis aliorum auctoritatibus*

*ad ambigendum impulſus mecum ſæpe egiſſes, ut quid de Amazonibus ſentirem, accuratiùs tibi ſcripto diſſererem, diſtulerim hactenus ſatiſfacere petitioni tuæ. Nunc quando idem rogare non deſinis, morem geram, ne quid tibi à me negatum, quod in me eſſe videretur, conqueri poſſis: ita enim pridem decrevi, nihil eſſe in literis aut aliis rebus tam arduum, tamque periculoſum, quod non tuâ causâ tentare debeam; quo eodem te quoque in me eſſe animo ex multis intellexi: id enim planè à nobis quæ inter nos amicitia intercedit, ſuo jure poſtulat. Si quid eſt igitur in hac ſcriptione mea, quod ſtudioſos juvet, id tibi debebunt, non ſolùm quia mihi ſcribendi auctor fuiſti, ſed maximè eorum monumentorum cauſa, quæ partim mihi è tuo inſtructiſ-*

*ſimo penu literario ſuppeditaſti, partim ex aliorum Muſeis, atque ipſa Regis Gaza per amicos tuos utenda impetraſti. Quo in numero profuit in primis nobis præſtantis viri* Rainſſantii *ei Gazæ Præfecti humanitas; qui nihil ex eo Theſauro, quod ad rem pertineret, nobis non promptum & exploratum eſſe voluit. Neque verò Vir ille fortunatus, eâ ſolùm gratiâ, quâ apud primos regni Proceres & Adminiſtros valet, prodeſſe aliis contentus eſt; ſed etiam, ut eſt eruditiſſimus, ea ipſe in literis molitur, quæ apprimè noſtrorum temporum felicitati congruant. Qua Viri optimi & aliorum bonorum ſuffragatione non parum me confirmatum fateor, ut in hac vetuſtiſſimarum rerum caligine certiùs gradum figerem. Sed de his hactenus. Nunc*

*miſſis ut apud eruditum & ſatis paratum, exordiorum ambagibus, quibus homines otioſi lectores ſuſpendunt, antequam ad rem veniant, ſtatim propoſitum aggredior.*

## INDEX CAPITUM.

CAPUT I. *De iis quæ an verè fuerint, dubitatur.* pag. 5
Cap. II. *Diſputationis ſcopus apertiùs demonſtratur, eorum objectiones qui Amazonũ Rempub. negant.* 12
Cap. III. *Quæ adverſus Amazonum regnum afferuntur à Philoſophis.* 18
Cap. IV. *Quorumdam expoſitio, Amazonum acta non negantium quidem, ſed explicantium.* 22
Cap. V. *Alia expoſitio proponitur & confutatur.* 30
Cap. VI. *Temerarium videri, negare quod tot præſtãtes ſcriptores conſenſu, ut verum memoriæ mandarunt.* 36
Cap. VII. *Qua occaſione Scytharum feminæ Amazonum regnum condiderint.* 41
Cap. VIII. *Non eſſe abſurdum Amazones fuiſſe quales traduntur, variis rerum documentis probatur.* 51
Cap. IX. *De cauſis inuſitatæ Amazonum indolis, ac primùm de loco.* 53
Cap. X. *De regione in qua Amazones habitarunt.* 57
Cap. XI. *De Scythici cœli natura.* 59
Cap. XII. *De locis Ponto adjacentibus, ubi olim Amazones habitarunt; & gentium in iis cru feritate.* 63
Cap. XIII. *Idem ex iis quæ regio Amazonibus habitata producit, probatur.* 75

p. XIV. *Quòd multùm potuerit educatio ab infan-ia conferre Amazonibus ad inuſitatum illum animi & corporis vigorem & præſtantiam.* 82
p. XV. *Superioris diſputationis confirmatio.* 89
p. XVI. *Quòd audacia corporis exercitatione & laboribus augeatur.* 99
p. XVII. *Amazonum fortitudinis alia cauſa remotior, ſed non minùs seriò penſanda.* 103
ap. XVIII. *Non poſſe homines eodem modo ſe habere per univerſum terrarum orbem, oſtenditur.* 110
ap. XIX. *Strabonis dubitationes ſolvuntur.* 117
ap. XX. *An ſit incredibile, civitatem ex ſolis mulieribus conſtare.* 121
ap. XXI. De *Amazonum cultu.* 132
ap. XXII. De *conſuetudine mammam dextram adimendi puellis apud Amazones.* 137
ap. XXIII. *Quo fine mamma dextra incrementum prohiberent Amazones.* 48
Cap. XXIV. De *Amazonum armis.* 154
Cap. XXV. De *Amazonum pelta.* 169
Cap. XXVI. *Aliæ opiniones de pelta Amazonica.* 181
Cap. XXVII. De *aliquot bellicis Amazonum expeditionibus; & quo inſtrumenti genere ſignum ineundi certaminis dare ſolerent.* 191
Cap. XXVIII. De *Amazonum monumentis, ac primùm de urbe* Themiſcyra, *montibus Amazonum, & fluvio* Thermodonte. 203
Cap. XXIX. De *Themiſcyreo campo, & diverſis Amazonum habitationibus.* 213
Cap. XXX. De *urbe Epheſo, & Templo Epheſiæ Dianæ.* 219
Cap. XXXI. De *Smyrna & Aſia urbibus; item de palude Aſia, & prato. Cur in quibuſdam nummis Amazon exprimitur templum manu ſuſtinens.* 232
Cap. XXXII. De *Thyatira, & bipennis ſymbolo in nummis.* 247
Cap. XXXIII. De *Myrina & Cuma.* 254
Cap. XXXIV. *Magneſia. Sipylene, unum è Matris*

*Deûm cognomentis. Emendatur Strabo.* 26
Cap. XXXV. *Amiſus, Amaſtris.* 26
Cap. XXXVI. *De quibuſdam aliis urbibus, quæ ve auctorum teſtimonio, vel numiſmatum conjecturi ad Amazonas pertinere exiſtimantur.* 275
Cap. XXXVII. *De locis, quorum aliqua in Amazonũ hiſtoria mentio habetur, ac primùm de Thiba.* 288
C. XXXVIII. *De luco Acmonio, & Martis inſula.* 297
Cap. XXXIX. *De Dianæ Aſtrateæ, & Amazonii Apollinis templis.* 304
Cap. XL. *De ſepulcris Amazonum.* 311
Cap. XLI. *Scrupulus qui circa Amazonum nomina exoritur, removetur.* 217
Cap. XLII. *Quæ ad chronologiam hiſtoriæ Amazonum pertinent.* 342
Cap, XLIII. *De ſupremis Amazonum temporibus.* 359
Addenda. 379
Index rerum memorabilium, quæ in hac de Amazonibus Diſſertatione continentur. 387

---

## *SUMMA PRIVILEGII.*

DIplomate Regis cautum eſt, ne quis in regno ejus, *Petri Petiti Philoſohi & Doct. Medici Diſſertationem de Amazonibus*, Andreæ Cramoiſy Typographi Pariſienſis injuſſu typis excudat aut vendat intra ſex annos proximos à die publicationis exemplarium: qui aliter fecerit, multabitur, ut patet in ipſo Regio Diplomate dato Verſaliis die trigeſima Novembris, anno MDCLXXXIV. ſubſcripto, *Mandato Regis*, LE PETIT, & relato in Acta Typographorum ac Bibliopolarum Pariſienſium à Carolo Angot Syndico die ſexta Decembris ejuſdem anni.

*Prima hæc editio abſoluta eſt die 28. ejuſdem menſis Decembris & anni.*

DE
# AMAZONIBUS
## DISSERTATIO,

quâ an verè extiterint, necne, variis ultro citroque argumentis & conjecturis diſputatur.

### CAPUT I.

*De iis quæ an verè fuerint, dubitatur.*

PRINCIPIO nonnulla de univerſo earum rerum genere, de quibus, cùm ampliùs non ſint, an extiterint, ambigitur, præmittere operæ pretium cenſeo; quod tanquam fundamentum ſit præſentis diſputationis. Ne quis me id nunc agere putet, an falſa illa omnia, quæ ſunt literarum monumentis de

Amazonibus prodita, nullumque om
nino ejuſmodi olim fuerit mulierum
genus, quod eo nomine diceretur. Id
enim fieri non poſſe, ex multis intel-
ligi poteſt. Quod enim famâ eſt vul-
gatum, quodque multorum ſermoni-
bus & ſcriptis ita celebratum, ut nulla
temporum longinquitate hominum a-
nimis obliterari potuerit; quî falſum
penitus eſſe poſſit, non video. Nota
eſt Heſiodi ſententia de hoc rerum ge-
nere:

> Φήμη δ' οὔ τί γε πάμπαν ἀπόλλυται ἥν τινα λαοὶ
> Πολλοὶ φημίζωσιν.

Cui conſonum illud Philoſophorum in
Paraphraſi Averroïs ad librum Ariſto-
ſtotelis de Somno & Vigilia: *Famoſa,
aut ſunt neceſſaria penitus, aut ex parte:
neque fieri poteſt, ut famoſum omni ex
parte ſit falſum.* Et rectè id quidem:
quod enim penitus nihil eſt, id ut
nullam naturam vimque habet, ſic
neque ullam ex ſe actionem edere,
aut ſenſibus humanis animoque no-
titiam afferre poteſt. Cui conſequens
eſt, ut neque materiam cuiquam di-
cendi,

endi, nedum diſputandi præbere va-
eat.

His accedit Palæphatus, qui eâdem,
t apparet, conſideratione inductus,
a omnia quæ literarum monumentis
rodita ad nos uſque pervenerunt, facta
redi oportere cenſet: ſolum id viden-
um, num ad eum modum quo facta
erhibentur, an ſecus; in quo aliquam
xiſtere poſſe dubitationem fatetur.
Verba quibus id dicit, ex præfatione
bri, quem περὶ ἀπίστων ἱστοριῶν conſcri-
ſit, ſubjungere placet. Τῶν ἀνθρώπων,
ἱ μὲν πείθονται πᾶσι τοῖς λεγομένοις, ὡς
ὐομίλητοι σοφίας καὶ ἐπιστήμης· οἱ δὲ πυ-
νότεροι τὴν φύσιν, καὶ πολυπράγμονες,
ἐπιστοῦσι τὸ παράπαν μηδὲν γενέσθαι τούτων,
μοὶ δὲ δοκεῖ γενέσθαι πάντα τὰ λεγόμενα.
ὐ γὰρ ὄνομα μόνον ἐγένοντο, λόγος δὲ περὶ
ὐτῶν οὐδεὶς ὑπῆρξεν· ἀλλὰ πρότερον τὰ
ργα, εἶθ' οὕτως ὁ λόγος, ὁ περὶ αὐτῶν. ὅσα
εἴδη καὶ μορφαί εἰσι λεγόμεναι, καὶ γενό-
εναι τότε, αἳ νῦν οὐκ εἰσὶ, τὰ τοιαῦτα οὐκ
γένετο. i.e. *Hominum namque alii, & ii*
*naximè, qui ab omni ſapientia atque eru-*
*litione alieni ſunt, omnibus illis quæ utique*

*dicantur, perſuaſi, fidem adhibere conſueverunt. Quidam verò naturâ prudentiores, & magis curioſi, omnia illa quæ fieri perhibentur, ut penitus credant, adduci nequeunt. Mihi autem, quæcumque dicta jam fuerint, facta eſſe omnia videntur. Neque enim nomen duntaxat eorum fuiſſe putandum eſt; ita enim nullus de his ſermo eſſe potuiſſet: verùm ipſa primùm opera reſque fuerunt, deinde ſermo de his haberi cœpit. Quæcumque autem ſpecies & formæ, tunc factæ dicuntur, quæ nunc nullæ exiſtunt, hæ profectò factæ non fuerunt.* Qui locus Palæphati mihi in memoriam redigit illum Hippocratis, qui extat in libello aureo περὶ τέχνης: inter alia etenim argumenta, quibus vir ille magnus Medicinæ oppugnatores in ordinem cogit, hoc quoque utitur. Δοκέει δή μοι τὸ μὲν σύμπαν, τέχνη εἶναι οὐδεμία οὐκ ἐοῦσα· καὶ γὰρ ἄλογον τῶν ἐόντων τι ἡγεῖσθαι μὴ ἐόν. *Omnino itaque nulla videtur mihi ars eſſe, quæ non exiſtat: abſurdum enim eſt eorum quæ ſunt, aliquid putare eſſe quod non eſt.* Eſt autem argumentum ejuſmodi: quod nemo neque oculis, neque alio

ſenſu ullo uſurpavit, id neque cogitare, neque mente informare poteſt: quod ergo aliquis, immo omnes homines cogitant, intelligunt, in ore habent, id ſi non totum, ſaltem aliquâ ex parte aliquo ſenſu & mentis agitatione animadverſum fuiſſe oportet, omnes autem quandam eſſe artem medendi cogitant atque etiam definiunt; tum ſermone uſurpant: ergo hujuſmodi ars quæpiam exiſtat, neceſſe eſt. Cæterùm id ex nominum ipſorum quæ ſigna ſunt rerum, ejuſque notitiæ, quam de iis habemus, conſideratione, idem ſummus auctor declarat eodem loco. Poſtquam enim poſuit, ea quæ ſunt videri ſemper atque cognoſci; ea autem quæ non ſunt, neque videri, neque cognitione ulla comprehendi, ſubdit: Γινώσκεται ταῦτα (τὰ ἐόντα) δεδειγμένων ἤδη τῶν τεχνέων καὶ οὐδεμία ἐστὶν, ἥγε ἔκ τινος εἴδεος οὐχ ὁρᾶται· οἶμαι δ' ἔγωγε, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτὰς (τέχνας) διὰ τὰ εἴδεα λαβεῖν. ἄλογον γὰρ, ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τὰ εἴδεα ἡγεῖσθαι βλαστάνειν, καὶ ἀδύνατον. τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα, φύσιος νομοθετήματά ἐστι

τὰ δὲ εἴδεα οὐ νομοθετήματα, ἀλλὰ βλα-στήματα. i. e. *Cognoſcuntur itaque ( quæ ſunt ) demonſtratis jam artibus, & nulla eſt ars, quæ non ex ſpecie quadam rerum videatur: arbitrorque ego etiam, nomina artibus ex ſpeciebus accipi & imponi. Abſurdum enim eſt exiſtimare, ex nominibus ſpecies rerum germinare & provenire, imò etiam impoſsibile eſt. Nomina enim lege quâdam naturæ indita ſunt: ſpecies autem rerum non lege ſancitæ ſunt, ſed naturæ germina exiſtunt.* Quæ verba ad ſenſum ſuprà expoſitum redeunt; quia non quæſiviſſent homines vocabula ad res exprimendas, quæ prorſus non eſſent. Rerum quippe ſpecies naturæ opera ſunt & germani fœtus; nomina autem hominum inventa ad res indicandas.

Non abſimile argumenti genus videre eſt apud Firmicum in Præfatione Aſtronomicωn, ubi dicta eorum expendit, qui petitam ex aſtris divinationem impugnant, iiſque reſpondet. *Qui quantò* ( inquit ) *vehementius pugnant, quantòque magis omnes perſuaden-*

*li vias quærunt, tantò fidem aſtrologiæ vehementiùs fortiùſque communiunt. Neque enim eſſet ejus vera ſubſtantia, niſi contra eam tantis argumentorum viribus niterentur.* Quæ poſtrema verba laborant ex unius dictionis, *niſi*, tranſpoſitione: ſic enim legendum eſt. *Neque enim, niſi vera eſſet ejus ſubſtantia, contra eam tantis argumentorum viribus niterentur.* Hoc enim vult Maternus, quod multi aſtrologiam exquiſitis ad fidem illi derogandam argumentis pulſant; hoc ipſo, non eſſe inane id nomen oſtendi, quod nemo contra id quod prorſus non eſt, diſputet.

His porrò conſentaneum eſt, ne ipſas quidem fabulas omnino eſſe aſpernandas, quæ neque literis mandari, neque ad poſteros manare potuiſſent, ſi nihil prorſus veri iis ſubeſſet. Neque dixiſſet Ariſtoteles, Philoſophos eſſe φιλομύθους, fabularum amatores. Tametſi enim hujus affectionis eorum cauſam cenſet admirationem, quam fabuloſæ narrationes excitant, utpote multa habentes miranda: (ſunt autem

Philoſophi admirabundi; facit enim admirari ignorantia cauſarum; ex admiratione autem ſequitur amor inveſtigationis) videtur tamen aliò etiam ſpectare hæc ſententia, nempe ad illa quæ ſub fictionum involucris latent. Sed de fabulis aliàs.

## CAPUT II.

*Diſputationis ſcopus apertiùs demonſtratur, eorum objectiones qui Amazonum Rempublicam negant.*

Quod igitur & in Amazonum hiſtoria aliquid veri lateat, ex dictis patere arbitror. Et in hoc quidem nullam video eſſe controverſiam. Neque enim credo aliquem eſſe tam imperitum, ut negare audeat, innumeras variis temporibus & locis illuſtres feminas extitiſſe, non ſolùm corpore robuſtas & bellicoſas, ſed etiam prudentiâ excellentes: quod ſi, ut par eſt, conceditur; quid obſtet, quominus eo

n albo fuiſſe Amazones credamus, non video. Id ſolum offendit, & negotium facit non mediocre; quod de mulierum ſeorſum abſque viris degentium regno & bellicis facinoribus memoriæ eſt proditum. Quia etenim talis Reſpublica nuſquam hodie reperiri in univerſo orbe terrarum, creditur; propterea admirabile hoc videtur, & fabulis propius, quàm rebus veris: utpote ab omnium, quæ notæ ſunt, gentium moribus & inſtitutis alienum. Ex quo etiam ambigitur, an olim hujuſmodi viſa in terris civitas fuerit, cùm præſertim non deſint ſcriptores magnæ auctoritatis, qui regnum illud Amazonum fabuloſum planè arbitrentur. In quibus & Strabo eſt, qui multa τερατώδη, καὶ πίστεως πόῤῥω, hoc eſt, portentoſa & fide indigna in hiſtoria Amazonum notat. Quam ejus cenſuram ex libro τῶν γεωγραφουμένων undecimo, huc transferre viſum eſt. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν, ὡς γυναικῶν στρατὸς, ἢ πόλις, ἢ ἔθνος συσταίη ἄν ποτε χωρὶς ἀνδρῶν,

καὶ οὐ μόνον δὲ συςαίη, ἀλλὰ καὶ ἐφόδους ποιῆσαι, ἐπὶ τὴν ἀλλοτρίαν, καὶ κρατήσειεν οὐ τῶν ἐγγὺς μόνον, ὥστε καὶ μέχρι τῆς νῦν Ἰωνίας προελθεῖν, ἀλλὰ καὶ διὰ Πόντον στεῖλαι στρατιὰν μέχρι τῆς Ἀττικῆς; τοῦτο γὰρ ὅμοιον, ὡς ἂν εἴ τις λέγοι τοὺς μὲν ἄνδρας γυναῖκας γινομένους τοὺς τότε, τὰς δὲ γυναῖκας ἄνδρας. i. e. *Quis enim credat fuiſſe unquam exercitum, aut civitatem, aut gentem, quæ ex ſolis conſtaret mulieribus, nec ſolùm conſtaret, ſed incurſiones in alienam faceret terram; nec vicinis modò ſic prævaleret, ut in Ioniam uſque proceſſerit, verùm etiam exercitum trans Pontum uſque in Atticam mitteret? Id enim perinde eſt, ac ſi quis dicat, viros tunc mulieres fuiße, & mulieres viros.* Hæc Geographus, cujus in ſententiam multi pedibus vadunt.

Verùm hunc locum evolvere convenit, ut quas adverſus vulgatam de Amazonibus opinionem, continet difficultates, apertam in lucem adducantur. Prima eſt, quòd incredibile ſit, aliquam civitatem ex ſolis mulieribus conſtare. Altera, quòd talis mulierum

ſocietas aliis prævaluerit gentibus, & dominata ſit. Tertia, quòd exercitus in longinquas regiones tranſmiſerit. Sic autem diſputatio in ordinem paucis inſtrui poteſt. Quod virorum proprium eſt, mulieribus convenire non poteſt. Sed civitates condere & regere, conſcribere exercitus, ducere, res gerere, imperium armis propagare, aut virorum eſt proprium, aut ſine viris obtineri non poteſt; ergo tantis rebus perficiendis ſegregatarum à viris mulierum ſocietatem ullam parem eſſe potuiſſe credendum non eſt.

Eſt autem aliud argumentum hiſce in verbis ſequentibus: Τὴν δὲ Θεμισκύραν, καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία, καὶ τὰ ὑπερκείμενα ὄρη, ἅπαντες Ἀμαζόνων καλοῦσι, καί φασιν ἐξελαθῆναι αὐτὰς ἐνθένδε· ὅπου δὲ νῦν εἰσιν, ὀλίγοι τε καὶ ἀναποδείκτως καὶ ἀπίστως ἀποφαίνονται. i. e. *Etenim Themiſcyram & vicinos Thermodonti campos, & montes quibus ii campi ſubjecti ſunt, Amazonum dicunt, haſque ab iis ſedibus expulſas. Ubi autem nunc ſint, perpauci idquidem, & ſine demonſtratione*

*aut ratione ulla veriſimili tradunt.* Subeſt, inquam, his verbis hæc argumentatio: Si olim fuiſſent Amazones vicinis Thermodonti locis ubi urbs fuit Themiſcyra, cùm à multis ſeculis nullas ibi eſſe conſtet, neceſſe eſt inde expulſas fuiſſe; & ſi expulſæ fuerunt, commigraſſe in alia loca, quod dici non poteſt, cùm nemo quò tranſierint, quibuſve in locis nunc ſint, oſtendere poſſit. Hæc, niſi fallor, ſententia eſt horum verborum, tanquam neceſſe ſit, quæ olim fuerunt, poſteriore etiam ſupereſſe ævo; quæ nunc non ſint, nunquam fuiſſe. Quo etiam fundamento Meliſſum & Lamiſcum Samium innixos in hoc controverſiæ genere oſtendit Palæphatus citato loco, poſt verba allata. Εἰ γὰρ τότε καὶ ἄλλοτε ἐγίγνετο, καὶ νῦν τε γίνεται, καὶ αὖθις ἔσται. ἀεὶ δὲ ἔγωγε ἐπαινῶ τοὺς συγγραφέας Μέλιστον καὶ Λαμίσκον τὸν Σάμιον, ἐν ἀρχῇ λέγοντας· ἔστιν ἃ ἐγίγνετο, καὶ νῦν, καὶ ἔσται. Ita enim hic locus legendus, qui in Græca editione Baſileenſi corruptus eſt. i.e. *Si enim tunc & aliàs, nunc etiam*

*ſit, & rurſus erit: ſemper equidem ego Meliſſum & Lamiſcum Samium ſcriptores laudo, initio dicentes; Quæ olim facta ſunt, nunc etiam ſunt & erunt.*

Sed de hoc fundamento & genere diſputationis infrà accuratiùs conſiderabimus. Reliqua Strabonis videamus, qui hæc quoque perquam oratoriè addit, de Thaleſtria Amazonum Regina, quam Alexandro in Hyrcania prolis causâ congreſſam Clitarchus & alii ſcriptores tradunt. Quod eâ causâ commemorat Strabo, ut illud oſtendat quod eſt apud Terentium, *fallacia alia aliam trudit.* Hoc namque fieri non potuiſſe oſtendit, neque ab idoneis auctoribus proditum fuiſſe. Ergo fabuloſum. Igitur & cætera quæ de Amazonibus dicuntur. Et de Strabonis & aliorum veterum, Amazonum hiſtoriam impugnantium diſputationibus hactenus.

## CAPUT III.

### *Quæ adverſus Amazonum regnum afferuntur à Philoſophis.*

NUNC quid ex Philoſophis adverſus eandem opinionem de Amazonum civitate & regno afferri poſſit, eodem ordine ſubjungere operæ pretium eſt. Nimirum hi rem ſuo more altiùs repetentes, oſtendunt, naturæ legem atque ordinem hunc in omni rerum congregatione & cœtu eſſe poſitum, ut in ea una quædam pars præſit & imperet; altera ſubjecta ſit & obtemperet. Illud quidem quod eſt melius ut imperet, pareat autem quod deterius infirmiuſque eſt, eadem naturæ ratio poſtulat: idque in omni rerum compoſitione obtinere docet Ariſtoteles in primo de Republica cap. 5. καὶ τοῦτο (inquit) ἐκ τῆς ἁπάσης φύσεως ἐνυπάρχει τοῖς ἐμψύχοις· καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι ζωῆς, ἔστι τις ἀρχὴ, οἷον ἁρμονίας. i.e. *Et*

*hoc ab univerſa natura ineſt animatis: etenim & in iis quæ nullo vitæ munere donata ſunt, quidam eſt principatus, qualis harmoniæ eſt, quâ totum continetur.*

Ex his ſequitur viros oportere univerſo muliebri ſexui ubique præeſſe, quando in omnibus animalibus mares feminis eſſe præſtantiores conſtat. Quod & Ariſtoteles eodem loco ſciſcit. Ἔτι δὲ τὸ ἄῤῥεν πρὸς τὸ θῆλυ φύσει, τὸ μὲν κρεῖττον, τὸ δὲ χεῖρον· καὶ τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον. *Præterea autem ſic maſculus & femina invicem ſe habent, ut alter melior naturâ ſit, altera ſequior: ille imperet, hæc pareat.* Et libri ejuſdem cap. 12. Τότε γὰρ ἄῤῥεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον, εἰ μή που συνέστηκε παρὰ φύσιν. *Mas enim naturâ aptior eſt ad imperandum quàm femina, niſi quid præter naturam in conſtitutione contingat.* Hoc enim non ita perpetuum, ut in nonnullis particularibus non ſolùm hominum, ſed etiam belluarum lex hæc exceptionem non recipiat, quod in urſarum & pantherarum genere obſervat idem Philoſophus lib. 9. hiſtoriarum cap. 1.

Ἀθυμότερα δὲ τὰ θήλεα πάντα τῶν ἀῤῥένων, πλὴν ἄρκτος καὶ πάρδαλις· τούτων δὲ ἡ θήλεια δοκεῖ εἶναι ἀνδρειοτέρα, ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσι τὰ θήλεα μαλακώτερα, &c. i.e. *Feminæ omnes minùs quàm mares, ſunt animoſæ, exceptâ pantherâ & urſâ: feminæ enim in his generibus videntur eſſe animoſiores, cùm in cæteris ſint procul dubio molliores.*

Sic & in genere humano quaſdam eſſe mulieres quibuſdam viris & prudentiores & fortiores experientia docet, ex quo plurima exempla præſtantium feminarum, & viris nihil ingenio, prudentiâ & animi magnitudine cedentium, in ſacris & exteris hiſtoriis legimus; verùm hæc nihil ad Amazonum imperium, & victores mulierum exercitus. Ut enim non deſint mulieres ad arma promptæ & audaces, laborumque patientes, & populis etiam regendis pares; non tamen multæ ejuſmodi eſſe poſſunt, neque eo numero unquam, qui ad civitatem & imperium conſtituendum atque tuendum ſufficiat. Tales enim paucas & rarò naſci

fatendum eſt : quo ipſo oſtenditur non eſſe genus id mulierum in earum rerum cenſu ponendum, quæ naturæ lege proveniunt, ſed potiùs in iis quæ præter naturam contingunt raro & in paucis, ut monſtra; quorum parens quidem natura, ſed impedita, neque ſuæ ſpontis. Rara autem & monſtroſa à ſcientiæ conſideratione excludit Philoſophia: ut enim vulgò dicitur, rara non ſunt artis. Naturæ enim hæc ratio, ut ſemper eadem efficiat, aut ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ in pluribus, ut Ariſtoteles multis locis definit.

Quòd autem non ſit naturale feminas naſci armis idoneas, & laboribus bellicis pares, maximè intelligas ex belluarum conſtitutione. Cùm enim harum pleriſque natura arma ad pugnandum dederit; non tamen ullo in genere feminis, quibus ad pugnandum utantur, ſed maribus tantùm. Qua de re ejuſdem Ariſtotelis ſententia extat lib. 3. de gen. animal. cap. 10 Οὐδενὶ γὰρ τὸ πρὸς ἀλκὴν ὅπλον, τῶν θηλειῶν ἀποδίδωσιν ἡ φύσις. i e. *Nulli etenim feminæ*

*arma ad pugnam, vireſque exercendas à natura tribuuntur.*

## CAPUT IV.

### *Quorumdam expoſitio, Amazonum acta non negantium quidem, ſed explicantium.*

His difficultatibus nonnulli exterriti, neque tamen negare audentes, quod tanto veterum ſcriptorum conſenſu in literas relatum vident; ſic rem poſſe componi arbitrati ſunt, ut revera genus mulierum bellicoſum olim apud Scythas extitiſſe; res quoque magnas geſſiſſe fateantur: verùm non ſine viris, ut in aliis gentibus, quas Reginarum imperio ſubditas fuiſſe legimus. Nam & Semiramis Aſſyriis imperaſſe dicitur, Ægyptiis Cleopatra, Palmyrenis Arabiæ populis Zenobia, cujus tanta fuit animi magnitudo & conſtantia, ut diu Aureliani Imperatoris potentiæ reſiſtere auſa fue-

it. Bunduica etiam mulier ſupra ſe-
um fortis, quanta auctoritate præfue-
it Britannis, fidem fecerit Xiphilinus
n Nerone, cujus verba adſcribere pla-
et. Ἡ δὲ μάλιστα αὐτοὺς ἐρεθίσασα, καὶ
ναντία Ῥωμαίων πολεμεῖν ἀναπείσασα,
 τε προστατείας αὐτῶν ἀξιωθεῖσα, καὶ τοῦ
ολέμου παντὸς στρατηγήσασα Βουνδουίκα
ῶ, γυνὴ Βρετανὶς, γένους τοῦ βασιλείου,
εῖζον, ἢ κατὰ γυναῖκα φρόνημα ἔχουσα,
&c. i.e. *Maximè verò excitavit, perſua-
itque, ut bellum cum Romanis gererent,
Bunduica Britannica femina, orta ſtirpe
egia, quæ non ſolùm eis cum magna di-
gnitate præfuit, ſed etiam bellum omne
dminiſtravit, cujus animus virilis potiùs
uàm muliebris erat.* Et de Tomyride
roditum notumque, ut quæ in Scy-
hia regnaverit Cyri majoris ævo. Sic
nter Scytharum gentes memorantur
Sauromatæ γυναικοκρατούμενοι. Plinius
ib. 6. cap. 7. *Primi* (inquit) *Sauromatæ
ynæcocratumeni: unde Amazonum regna.*
Mela etiam de iiſdem Sauromatis lib.
. cap. 20. *Una gens, aliquot populi, &
liquot nomina. Primi Mœotici* γυναικο-

κρατούμενοι, *regna Amazonum.* Sic autem dicti, quòd iis mulieres imperarent: has autem mulieres fuiſſe ipſas Amazonas loca illa indicant.

Cæterùm non eſt veriſimile, quæ mulieres Scythis imperarent, nulla iis ſocietate commerciove conjunctas fuiſſe; cùm præſertim eas nupſiſſe dicat Hippocrates libro de aëre, locis, aquis, quo loco Sauromatarum mores deſcribit. Τουτέων (inquit) αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἐῶσιν. οὐκ ἀποπαρθεύονται δὲ, μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι καὶ οὐ πρότερον ξυνοικέουσιν, ἤπερ τὰ ἱερὰ θύωσι τὰ ἐν τῷ νόμῳ. ἡ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται, παύεται ἱππαζομένη, ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη καταλάβῃ παγκοίνου στρατείης. τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσι, &c. *Horum* (Sauromatarum) *feminæ equitant quidem, arcu ſagittas excutiunt, jacula ab equis torquent, cumque hoſtibus, dum virgines ſunt, certamen ineunt. Non devirginantur autem priùs, quàm ex hoſtibus tres confecerint: neque aliter viris*

*iris junguntur, quàm ſacra more patrio ecerint. Quæ autem virum ſibi ſociarit; quitationis & militiæ vacationem habet, uandiu quidem communis expeditionis eceſſitas non cogit. Carent autem dextrâ nammâ*, &c. Si nubunt Amazones, & ξυνοικέουσιν, cum viris habitant, ſequi videtur non ſegregem eas penitus, ut roditum à quibuſdam, vitam egiſſe.

Sed neque Iſocrates in Panathenaï-co de Amazonibus loquens, has vide-tur ſegregare à viris, cùm Scythas ait cum Amazonibus profectas in bel-lum contra Athenienſes: Σκῦθαι δὲ (inquit) μετ᾽ Ἀμαζόνων, τῶν ἐξ Ἄρεως γενέσθαι λεγομένων (ſupple ἐνέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν) αἱ τὴν στρατείαν ἐπ᾽ Ἀντιόπην τὴν Ἱππολύτης ἐποίησαν. &c. *Scythæ verò cum Amazonibus, quæ Martis filiæ dice-bantur, in noſtram regionem irruperunt; & propter Antiopam Hippolytæ filiam bel-lum intulerunt.* Quibus verbis Iſocrates communem his cum Scythis fuiſſe mi-litiam ſignificare videtur. Neque enim diceret Scythas cum Amazonibus in Atticam impreſſionem feciſſe, ſi ſolæ

Amazones id bellum geſſiſſent. Neque obſtat, quod eodem loco eâ cauſâ bellum Antiope illatum dicit, quòd præter leges Theſeum ſecuta fuiſſet, eique nupſiſſet. Αἱ τὴν στρατείαν ἐπ' Ἀντιόπην τῆς Ἱππολύτης ἐποίησαν, τὴν τούς τε νόμους παραβᾶσαν τοὺς παρ' αὐταῖς κειμένους, ἐρασθεῖσάν τε Θησέως, καὶ συνακολουθήσασαν, καὶ συνοικήσασαν αὐτῷ. *Profectæ ſunt propter Antiopen, quòd Theſei amore capta*, &c. Nam tranſgreſſam quidem patrias leges Antiopen dicit, verùm fortaſſe non eâ cauſâ, quia nupſiſſet, ſed quia viro externo, huncque in alias terras proſecuta eſſet.

Locus etiam Platonis de Amazonibus in 7. de Legibus, nihil aliud videtur ſonare; cùm iiſdem exercendas ſtudiis mulieres probat exemplo Amazonum, quas Sauromatidas vocat. Quem & locum adſcribere haud pigebit. Τὰ αὐτὰ δὲ καὶ περὶ θηλειῶν ὁ μὲν ἐμὸς λόγος ἂν εἴποι πάντα, ὅσαπερ καὶ περὶ τῶν ἀῤῥένων, ἴσα καὶ τὰς θηλείας ἀσκεῖν δεῖν, καὶ οὐδὲν φοβηθεὶς εἴποιμ' ἂν τοῦτον τὸν λόγον, οὔτε ἱππικῆς, οὔτε γυμναστικῆς ὡς ἀνδράσι

ὲν πρέπον ἂν εἴη, γυναιξὶ δ' οὐκ ἂν πρέ-
ον. ἀκούων γὰρ δὴ μύθοις παλαιοῖς πέ-
είσμαι. i. e. *Eadem quoque de feminis*
*ue & de maſculis lex mea ſanciet : ea-*
*em enim ab utriſque volumus exerceri.*
*Ieque verebor dicere, equeſtrem diſcipli-*
*am atque gymnaſticam mulieribus &*
*iris honeſtam eſſe. Hoc enim ex veteri-*
*us audivi fabulis, fidemque habeo.* Quas
abulas intelligat, ſequentia declarant:
ıox enim mulierum circa Pontum
abitantium, quæ Sauromatides dican-
ur, exemplum ſubjungit, quarum my-
iadas ſuo adhuc tempore ibi ſuperfuiſſe
icit. Τὰ δὲ νῦν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οἶδα ὅτι
υριάδες ἀναρίθμητοι γυναικῶν εἰσὶ τῶν
ερὶ τὸν Πόντον, ἃς Σαυρομάτιδας καλοῦσιν·
ἷς οὐχ ἵππων μόνον, ἀλλὰ καὶ τόξων, καὶ
ῶν ἄλλων ὅπλων κοινωνία, καὶ τοῖς ἀνδράσι
ση προστεταγμένη, ἴσως ἀσκεῖται. *Noſtris*
*tiam temporibus non ignoro eſſe circa Pon-*
*um innumera mulierum millia, Sauro-*
*natidaſque vocari, quibus non equorum*
*nodò, verùm etiam arcuum cæterorumque*
*rmorum æqualis cura cum viris & exer-*
*citatio ſit inſtituta.*

Quin igitur fabulas de Amazonibus priſcis vulgatas intelligat, non eſt quod quiſquam dubitet. Quod autem ficta illa non putet, quæ de regno Amazonum traduntur, ſatis indicat, cùm ſeſe iis fidem adhibere dicit. Cur igitur fabulas appellat? Quia ita multis videbatur, qui quæ præter conſuetudinem referri audiunt, ſtatim ut ficta & fabuloſa reſpuunt. Clarè hoc ex ejuſdem dialago, qui inſcribitur Gorgias, ſive de Rhetorica, intelligi poteſt: ubi Socrates cum Callicle diſputans, & ſermonem antiquum de animarum apud Inferos judicio, & aliis arcanis orſurus, hac præfatione utitur. Σω. Ακουε δὴ φασὶ μάλα καλοῦ λόγου, ὃν σὺ μὲν ἡγήσῃ μῦθον, ὡς ἐγὼ οἶμαι. ἐγὼ δὲ λόγον· ὡς ἀληθῆ γὰρ ὄντα σοι λέξω, ἃ μέλλω. *Audi igitur, ut aiunt, pulcherrimum ſermonem, quem tibi arbitror fabulam viſurus iri: ego verò non fabulam, ſed ſermonem puto. Certè tanquam vera, tibi, quæ dicturus ſum, narrabo.*

Quomodo autem colligatur ex hoc loco Platonis, Sauromatidas, ſive A-

azonas, in eadem cum viris civitate
xiſſe, quivis facilè intelliget, ſi hunc
cum è Legum Dialogo 7. cum illo
lippocratis ſuprà citato conferat. Ita
nim cognoſcet Platonem, quæ ibi de
auromatidum ſtudiis dicit, ab Hippo-
rate ſumpſiſſe; idem proinde de eo
ulierum genere ſenſiſſe cum Hippo-
rate; nupſiſſe videlicet, has, atque
um viris indigenis more aliarum mu-
erum vixiſſe.

Hæc ferè pro illa opinione Amazo-
as à virorum ſocietate haud ſegregan-
um, & ita quæ de iis produntur, ex-
onentium, ſatis probabiliter hactenus
icta videri poſſunt. Nolim tamen ſta-
m lectorem cordatum illi aſſenſum
ræbere, ſed judicium differre, donec
eliqua viderit, & perducta ad finem
t diſputatio.

# CAPUT V.

## *Alia expoſitio proponitur & confutatur.*

MEMINIT hujus interpretationis Palæphatus in titulo περὶ Ἀμαζόνων, his verbis: Περὶ Ἀμαζόνων τάδε λέγουσιν, ὅτι οὐ γυναῖκες ἦσαν, ἀλλ᾽ ἄνδρες βάρβαροι. ἐφόρουν δὲ χιτῶνας ποδήρεις ὥσπερ αἱ Θρῇσσαι, καὶ τὴν κόμην ἀνεδοῦντο μίτραις· τοὺς δὲ πώγωνας ἐξυρῶντο, καὶ διὰ τοῦτο ἐκαλοῦντο πρὸς τῶν πολεμίων γυναῖκες. i.e. *De Amazonibus hæc dicunt, has non fuiſſe mulieres, ſed viros barbaros. Hi quia Threſſarum mulierum more tunicas ad pedes demiſſas gerebant, comamque mitrâ coërcebant, & barbam radebant, mulieres ab hoſtibus vocabantur.* Hæc illi; quæ quàm ſint inepta & abſurda, facilè cuivis mecum accuratiùs conſideranti patebit.

Aut enim illi barbari, cùm viri verè eſſent, & ſtrenui, tamen ab hoſti-

us falſa ſpecie deceptis viri eſſe non
idebantur, ſed mulieres per ignoran-
iam vocabantur: aut planè cogniti ab
s, interim per jocum aut contume-
am, ſumpta occaſione ex eorum habi-
u viris haud conveniente, mulierum
ppellatione traducebantur: utrùm di-
atur, par abſurditas ſequitur: priùs
uidem quia veriſimile non eſt, diu
anto in errore verſari potuiſſe homi-
es inter ſe bellantes, ut non ſtatim
x cadaverum, dum ſpoliantur, inſpe-
tu, quantùm erraſſent, agnoſcerent;
ùm præſertim Plutarchus veterum te-
timonio auctorum, Amazonas in At-
icam uſque & Megara, & Chalcidem
enetraſſe, iiſque in locis non paucas
arum ex vulneribus in prælio acceptis
defunctas atque ſepultas demonſtret;
quarum tumuli adhuc Plutarchi ævo
viſerentur. Sed neque alterum, niſi
ſtultè, defendi poteſt. Si quis enim
alium quempiam ex quadam ſimilitu-
dine in corporis cultu & ſpecie exter-
na, mulierem appellet, non continuò
hunc quiſquam ſexum credat mutaſſe,

ut exinde mulier vulgò exiſtimetur: quo enim hæc exprobratio ſpectet, intelligitur. Cùm enim Numanus apud Virgilium Trojanos ob mollitiem non Phryges ſed Phrygias vocaret:

*O verè Phrygiæ, neque enim Phryges;*

non tamen aut ipſe Numanus, aut quiſquam Latinorum, Trojanos verè eſſe mulieres credidit. Et hoc nimis manifeſtum, verbiſque pluribus ad confutandum non eget.

Non minùs frivolum barbaros illos homines, quos Amazones dictos cenſet, tunicas ad pedes geſtaſſe demiſſas, mitraque uſos. Quod falſum eſſe conjectare licet ex Hippocrate, qui citato libro de aëre, locis, aquis, ἀναξυρίδας (quod eſt braccarum, ſive feminalium genus) Scythicarum gentium proprias fuiſſe dicit; utpote qui equis veherentur: neque enim longæ veſtes, tunicæque talares equitantibus conveniunt: tum frigus, quod eſt moleſtum in iis regionibus, omnia circa corpus ſtricta imperat, laxas veſtes non admittit; quas vice verſa gen-

es ſub molliori cœlo degentes in uſu
habent: ut Perſæ, unde Apuleius in
primo Floridorum, fluxos veſtium Ar-
ſacidas vocat. Idem dicendum de mi-
tra, quam feminarum propriam fuiſſe
Varro quidem dicit. Quâ tamen vul-
gò uſas Lydiæ gentes & Phrygas ſa-
tis conſtat: unde Mæonia dicitur in 4.
Æneïd. cùm molles & effeminati in
iis regionibus homines eſſent, quem-
admodum iis exprobrat rivalis Iarbas
eo loco, de Ænea loquens:

*Et nunc ille Paris cum ſemiviro comitatu*
*Mæoniâ mentum mitrâ, crinemque madentem*
*Subnixus rapto potitur*, &c.

Scythas verò, & alias circa Pontum
gentes truces & bellicoſas mitrâ caput
obtexiſſe, præſertim in bello, non me-
mini me apud alium quenquam au-
ctorem legere.

Neque mihi quiſquam opponat lo-
cum Herodoti de Scytharum morbo
femineo (ita enim vocat) aut Hippo-
cratis, quo ejuſdem morbi mentionem
facit, in libro jam ſæpius indicato: Eπ

δὲ πρὸς τουτέοισιν εὐνουχίαι γίγνονται οἱ πλεῖστοι ἐν Σκύθῃσιν, καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται, καὶ ὡς αἱ γυναῖκες, διαλέγονταί τε ὁμοίως. καλεῦνται δὲ οἱ τοιοῦτοι ἐνάρεες. i.e. *Præterea perplures ex Scythis eunuchi efficiuntur, & muliebria exercent officia, rituque feminarum omnia gerunt & loquuntur.* Idem inferiùs earumdem Scytharum hiſtoriam perſequens, addit hos in eam amentiam incidere, ut putent ſe revera de viris feminas effectos, ac ſtolâ muliebri induti virum palam ejurent: ἐνδύονται στολὴν γυναικηΐην, καταγνόντες ἑωυτέων ἀνανδρείην γυναικίζουσί τε, καὶ ἐργάζονται μετὰ τῶν γυναικῶν, ἃ καὶ ἐκεῖναι. Quibus Hippocratis verbis atque auctoritate impulſos, non dubito illos hujuſce, quam expendimus, expoſitionis auctores. Quàm temere autem & inconſideratè ex ea hiſtoria liquet: neque enim illi effeminati, quos cum Herodoto ἐναρέας vocat, arma tractabant, aut in bellum proficiſcebantur; ſed, ut viſum eſt, virili ſexu palam ejurato, feminis aliis ſe aggregabant, atque in plauſtris mu-

liebria exercentes opera, umbratilem vitam colebant, cùm iſti, quos Amazones vocat, nihil bellicoſiſſimis viris fortitudine & armorum gloriâ cederent. Αμάζονες δὲ τὸ γένος, μάχεσθαι ἀγαθοὶ ἦσαν. Nihil ergo Amazonibus, ſive viri ſive feminæ fuiſſe dicantur, cum illis eviratis. Sed & infrà hanc hiſtoriam accuratiùs expendemus, ubi quid illi fidei adhibendum cenſeamus, patebit.

Ex his Palæphatus colligit, falſa eſſe illa omnia, quæ de feminis Amazonibus dicuntur, nullaſque ejuſmodi unquam fuiſſe in terris feminas: quod nuſquam nunc ejuſmodi exiſtant. Στρατείαν δὲ γυναικὸς οὐδέποτε εἰκὸς γενέσθαι· οὐδὲ γὰρ νῦν οὐδαμοῦ. i. e. *Militiam verò mulieris unquam fuiſſe, non eſt veriſimile: quippe quæ nuſquam nunc exiſtat.* Sed hoc principium eſſe falſum, ſuo loco oſtendam.

## CAPUT VI.

*Temerarium videri, negare quod tot præſtantes ſcriptores conſenſu, ut verum memoriæ mandarunt.*

MIHI autem facinus audax & temerarium videtur, ſummis auctoribus qui Amazonas verè fuiſſe tradunt, & magna bella geſſiſſe, fidem derogare omnem, quod Palæphatus facit. Cujus temeritatis comparatione, multò plauſibilior, ut dixi, opinio eorum videatur, qui viros feminis illis in eandem rerum ſocietatem aggregandos putarunt; cujus modò in priore Amazonum hiſtoriæ expoſitione facta eſt mentio; quam ſi quis pro vera amplectatur, non equidem multùm pugnabo. Neque enim omnino inficiamur, Amazones eâdem aliquando cum viris republicâ uſas fuiſſe; cùm diſertè id Hippocrates, Herodotus & Plato teſtentur: ſolùm admoneo, præ-

er hunc, quem expoſitionis iſtius au-
ctores ſolum agnoſcunt, alterum fuiſ-
e earum ſtatum ab eo tempore, quo
viris ſecedendi conſilium ceperunt,
t ſeorſum propriis legibus atque in-
titutis viverent. Quæ reipublicæ for-
na ex ſolis mulieribus conflata man-
iſſe dicitur uſque ad bellum, quod iis
Græci duce Hercule intulerunt. Tunc
enim clade accepta, unà cum priſtina
ede, ac vicinis Thermodonti locis,
intiquum reipublicæ ſtatum mutare
coactæ ſunt, eo caſu quem Herodotus
ib. 4. declarat: cujus ex verbis prioris
etiam illius civitatis conditio intelligi
poteſt. Ita enim ſcribit. Ὅτε Ἕλληνες
Ἀμαζόσι ἐμαχέσαντο (τὰς δὲ Ἀμαζόνας
καλέουσι Σκύθαι Αἰορπατά. δύναται δὲ τὸ
οὔνομα τοῦτο κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν ἀν-
δροκτόνοι. Αἰὸρ γὰρ καλέουσι τὸν ἄνδρα, τὸ δὲ
πατὰ, κτείνειν) τό τε λόγος τοὺς Ἕλληνας
νικήσαντας ἐπὶ Θερμώδοντι μάχῃ, ἀπο-
πλέειν ἄγοντας τρισὶ πλοίοισι τῶν Ἀμαζό-
νων ὅσας ἠδυνέατο ζωγρῆσαι. τὰς δὲ ἐν τῷ
πελάγεϊ ἐπιθεμένας ἐκκόψαι τοὺς ἄνδρας.
πλοῖα δὲ οὐ γινώσκειν αὐτὰς, οὐδὲ πηδα-

λίοισι χρᾶσθαι, οὐδὲ ἱστίοισι, οὐδὲ εἰρεσίῃ· ἀλλ' ἐπεὶ ἐξέκοψαν τοὺς ἄνδρας, ἐφέροντο κατὰ κῦμα καὶ ἄνεμον· καὶ ἀπικνέονται τῆς λίμνης τῆς Μαιήτιδος ἐπὶ κρημνούς. (οἱ δὲ κρημνοί, εἰσὶ τῆς γῆς τῶν Σκυθέων τῶν ἐλευθέρων) ἐνταῦθα ἀποβᾶσαι ἀπὸ τῶν πλοίων αἱ Ἀμαζόνες, ὡδοιπόρεον ἐς τὴν οἰκουμένην. i. e. *Cùm Græci prælium cum Amazonibus inierunt (quas Scythæ Æorpata vocant, quod idem valet, quod Græcorum linguâ viricidæ. Æor enim virum dicunt, pata autem occidere) fama eſt Græcos eâ pugnâ quæ ad Thermodontem commiſſa eſt, ſuperiores, inde ſolviſſe, ducentes tribus navigiis, quaſcunque potuerant ex Amazonibus vivas capere. Quibus illæ in mari inſidiatæ, omnes contrucidavere. Sed cùm naves haberent incognitas, nec gubernaculo aut velis aut remis uti ſcirent, interfectis viris, quò tempeſtas & ventus impelleret, ferebantur. Delatæque ſunt ad paludis Mæotidis prærupta, quæ ad Scytharum liberorum ditionem attinent. Ibi è navibus egreſſæ Amazones, ad loca habitata iter tendebant.*

Cætera de earum colloquio cum

ionnullis è Scytharum juventute, & oſtea congreſſu atque conjugio; tum d ulteriores regiones tranſgreſſione, usè ibidem Herodotus exequitur, quæ pud eum quivis legere poteſt. Quòd utem Amazones ibi Æorpata, hoc ſt viricidas, à Scythis nuncupatas re-ert, ad legem pertinet obſervatam iis n illo priore rerum ſtatu, de quo mo-ò dictum eſt, de interficiendo omni naſculino ſexu, ne unquam ejuſmodi pud eas virorum multitudo eſſe poſ-et, unde aliqua muliebri regno mu-atio accideret. Ex quo intelligi poteſt, nte illam cladem à Græcis ad Ther-nodontem acceptam ſegreges vixiſſe. Neque obſtat allatus Iſocratis locus, uo Scythæ cum Amazonibus dicun-ur in Atticam irrupiſſe, vindicaturi ello Antiopes raptum. Si nimirum icamus (quod & Plutarchus veriſimi-ius cenſet) poſteriùs ſuſceptam hanc, uâ Antiope à Theſeo rapta eſt, ex-editionem, cùm jam prior vivendi orma iis mutata eſſet.

Sed miſſâ hac controverſiâ, aliter

Iſocratis locum, nec minùs meo quidem judicio probabiliter explicare licet. Ut enim fateamur tunc cùm Amazones Athenienſibus bellum intulerunt, nullam iis cum viris domi fuiſſe rerum communionem, non tamen ſequetur, nullam iis cum vicinis Scythis amicitiam aut fœdus interceſſiſſe hac conditione, ut ſaltem ubi cujuſpiam gravioris belli aut longinquæ expeditionis neceſſitas cogeret, auxiliares virorum copias ſuis ex pacto adjungere poſſent. Quemadmodum ipſæ viciſſim aliquando exteris nationibus auxilium tuliſſe memorantur; ut Trojanis adverſus Græcos, Homero teſte. Sanè ſi ſic res Amazonum fuerunt, ut nihil domi militiæve, niſi virorum conſilio & operâ adjutæ, rerum geſſerint, admiror unde opinio illa prior, quæ maximè eſt vulgata, de republica mulierum ſeorſum à virorum commercio degentium, tanto ſcriptorum conſenſu inveteraverit. Unde (inquam) Herodotus, Pauſanias, Diodorus Siculus, Trogus Pompeius, & ejus compilator

uſtinus, Plutarchus, tale fabulamen-
um imaginariæ reipublicæ hauſerint,
c ſcriptis publicarint: qui omnes illa
uæ in Amazonum hiſtoria τερατώδη
ϗ πίστεως πόῤῥω Strabo judicat, miro
onſenſu amplectuntur, ſcriptis cele-
rant, ut rem memoriâ maximè di-
nam, & inter miracula naturæ hu-
nanæ ponendam. Quæ tamen admi-
atio ceſſet neceſſe eſt, ſi aliqua utriuſ-
ue ſexus ibi affuiſſe ſocietas & con-
uetudo intelligatur.

## CAPUT VII.

*Qua occaſione Scytharum feminæ Amazonum regnum condiderint.*

QUIN occaſionem ſecedendi à vi-
ris, & odiorum cauſas in eis fe-
ninis, regnique exordium Juſtinus ex
Trogo Pompeio, lib. 2. affert; quem
ocum ipſius verbis adſcribere haud
ravabor. *Sed apud Scythas regii juvenes*
*Ilinos, & ſcolopitus per factionem opti-*

*matum domo pulſi ingentem juventutem ſecum traxere; & in Cappadociæ ora, juxta amnem Thermodonta conſederunt, ſubjectoſque Themiſcyreos campos occupavere. Ibi per multos annos ſpoliare finitimos aſſueti, conſpiratione populorum per inſidias trucidantur. Horum uxores, cùm viderent exilio additam orbitatem, arma ſumunt: fineſque ſuos ſummoventes primò, mox etiam inferentes bella, defendunt. Nubendi quoque finitimis animum omiſere, ſervitutem non matrimonium appellantes. Singulare omnium ſeculorum exemplum auſæ, auxere rempublicam ſine viris: jam etiam cum contemptu virorum ſe tuentur. Et ne feliciores aliæ aliis viderentur, viros qui domi remanſerant, interficiunt. Vltionem quoque cæſorum conjugum, excidio finitimorum conſequuntur. Tum pace armis quæſita, ne genus interiret, concubitum finitimorum ineunt. Si qui mares naſcerentur, interficiebant: virgines in eundem ipſis morem, non otio, neque lanificio; ſed armis, equis, venationibus exercebant, inuſtis infantium dexterioribus mammis, ne ſagittarum jactus*

*mpedirentur: unde Amazones dictæ ſunt.*

Cæterùm ne quis putet ſingulare eſ-
e id exemplum, huic non abſimile
abemus apud Æneam Silvium in hi-
toria Boëmica cap. 7. quo loco talem
Reipublicæ formam, qualem fuiſſe A-
nazonum priſci memorant, in illis
egionibus aliquando viſam narrat ſub
Valaſca puella, una ex iis quæ famu-
arum obſequio Libyſſæ Croci Boëmo-
um Principis filiæ adſtiterant. Cùm
nim Libyſſa mortuo patre regnum
luribus annis præcipuo populi favore
enuiſſet, magnaque eâ regnante femi-
arum auctoritas fuiſſet; moſque is in-
aluiſſet, ut virgines iiſdem quibus vi-
i exercitiis animos excitarent, corpus
urarent, ingenſque exinde fortium
eminarum multitudo exiſteret, occa-
o hinc data eſt Valaſcæ, puellæ in-
entis ſpiritus, & Amazonicæ mentis,
oſt Libyſſæ obitum comites convo-
andi, atque ad regnum capeſſendum
ortandi. Quod illæ ſecutæ conſilium,
rma ſumpſerunt. Sic autem audentes
ivit fortuna, ut Valaſca rerum poti-

ta, totis ſeptem annis cum ſuis feminis Boëmiæ regnum iiſdem ferè quibus olim Amazones legibus tenuiſſe dicatur. *Poſt hæc* ( inquit Æneas ) *jam planè regionis dominas ferunt viros ſibi adſciviſſe, ex quorum complexu novis fœtibus rempublicam ſuſtentarunt, ſancitumque lege, ut natæ feminæ diligenter aſſervarentur, maſculis dextri oculi eruerentur, amputarenturque pollices, ne viri facti, aut arcus tendere, aut armis uti valerent. Idque aliquandiu factitatum. Septem annis ea peſtis Boëmiam afflixit, tributariaque magna ex parte provincia virginibus fuit.* Hujus Valaſcæ facinoris, & potentiæ in Boëmia, meminit & ipſe Albertus Krantzius in Chronico regnorum Aquilonarium lib. 1. cap. 8. hocque Æneæ Silvii teſtimonio, Amazonum, quas & ipſe agnoſcit, veram eſſe hiſtoriam confirmat.

Si quis nihilominus (ut ſunt multi vetuſtatis calumniatores) ambigat, hæcne verè ita acciderint, an ex Amazonum hiſtoria tranſlata ab illo ſcriptore ad virgines Boëmiæ, & Valaſcæ factio-

iem, ut tali miraculo legentium ani-
nos excitaret, quemadmodum Poëtæ
olent, eorumque more interdum Hi-
torici, non meum eſſe arbitror pro-
untiare, qui divinus non ſum: ſo-
ùm quæ apud eum celebrem aucto-
em qui hiſtoriam promittit, leguntur,
ropono; quæ cur mendacio confiċta
icantur, fateor me non videre, cùm
t apud alios ſcriptores ævi poſterio-
is, (ne quis auctorum antiquitatem
uſpectam habeat) exempla extent mi-
itarium feminarum in idem conſen-
ientium, ut quod ex Eradio affert
Hieronymus Mercurialis loco ſuprà in-
icato ad confirmandam Amazonum
iſtoriam: verba adſcribam. *Id non eſt
bſque animadverſione prætereundum, A-
nazonum genus, quod ab aliquibus fa-
ulosum reputatum eſt, ab Hippocrate ante
erba citata apertiſſimè confirmatum eſſe,
uanquam ibi negat, eas conſueviſſe in-
antibus maſculis articulos luxare, ut clau-
i imbecillioreſque fierent. Has etenim mu-
ieres multis ſeculis perduraſſe probaret ali-
uis, quod Eradius* (fortaſſe Evagrius

legendum) *in vita Pœmonis Abbatis*, *narrat Amazonas, feminarum crudele genus, vivente eo Abbate in Syriam* (ita lego, non quòd falsò in excuſis codicibus in Scythiam) *deſcendiſſe, multoſque Patres ſanctos interemiſſe: quod pluribus annis poſt Chriſtum natum contigit.*

Quòd autem Mercurialis parum veriſimilem hanc hiſtoriam cenſet, quòd nullus auctor fide dignus Amazonum imperium tanto tempore manſiſſe dicat, non magno negotio hunc ſcrupulum removebimus, ſi dicamus non de priſcarum Amazonum gente fuiſſe eas mulieres feras, quarum fit mentio in Pœmenis vita, ſed aliunde excitas alioque genere; dici autem ab eo auctore Amazonas, non quia eſſent verè de ſtirpe Amazonum priſcarum, ſed figuratè & per alluſionem ita nominatas, quo pacto Virgilius Camillam, Italam virginem è Volſcis oriundam, Amazonam vocat:

*At medias inter cædes exultat Amazon,*
*Unum exerta latus pugnæ pharetrata Camilla.*

Quo ſenſu etiam Ovidius feminas om-
es, Amazonas vocat, frivoli operis
b. 3.

*Arma dedi Danais in Amazonas; arma*
*ſuperſunt,*
*Quæ tibi dem & turbæ, Penteſilea,*
*tuæ.*

c Mercurialis ſcrupulum de eo loco
mazonum in Pœmenis Abbatis vita,
movendum cenſeo.

Sed, quod magnam in primis A-
azonum hiſtoriæ fidem adſtruit, hiſ-
etiam temporibus regnum aiunt eſſe
Africa, totum ex mulieribus con-
ſtens; ibi mares omnes in ipſo lucis
ordio interfici, feminas reſervari,
ultas cum viris externis ultrò coïre
olis ſuſcipiendi causâ. Addunt, tales
in novo orbe detectas, Amazonum
u viventes, prope fluvium magni-
dinis viſendæ, quem ab illis viragi-
bus, *Rio de las Amazones* dixere. Por-
loca illa in quibus regnant tales fe-
inæ, notat Cardanus in libro de
ëre, Locis, auctorum recentium no-
inibus à quibus accepit, appoſitis.

Quos auctores quia nunc ad manum
non habemus, locum eum Cardani ad-
ſcribere viſum, ut legitur in editione
Baſileenſi Henric-Petri: *Amazones ta-
men adhuc ſunt in Martinica inſula, an-
thropophagæ, & ſagittariæ, ut Petrus Mar-
tyr Mediolanenſis auctor eſt in epiſtola ad
Cardinalem Bembum. Sed J. Bon. Jer. Or-
vedus refert, juxta Maragnonum flumen
Peru, eſſe gentem maximam inſtar Ama-
zonum, quæque ſub Regina vivat, nec
ab Amazonibus differre, niſi quòd mam-
mam haud exurant feminæ, ſed tamen
acriter pugnant. Idem in magno compen
dio refert, Indas mulieres multas præcipu
Reginas, & anthropophagas ire ab bella
has exercentes arcum cum ſagittis, illa
vice conjugum exercitui imperantes. Idem
& Fer. Corteſius (Faſt. de Indis mediter
raneis in fine) in Guallacalco provincia
atque ibidem refert in 4. Red. in Ciqua
tan provincia inſulam eſſe, quæ ſolùm
mulieribus incolitur, eadem lege congreſ
ſuum, quæ dicta eſt in aliis.* Tum con
cludit hoc epilogo: *Volui hæc ſubjun
xiſſe, ne prorſus fabuloſa viderentur, qu*

*hic*

*ic ab Hippocrate traduntur; quæ etiam b Herodoto referuntur, qui eadem ex præ-nte loco ſuſtuliſſe & tranſtuliſſe videtur.*

Sed ecce alia ſe offerunt mihi, qui-us vetera illa inſuper confirmentur. Cùm enim hæc ſcriberem, allata eſt d me nova Deſcriptio Æthiopiæ O-entalis, Luſitano ſermone primùm ompoſita à R. P. Joanne *Dos Santos*, e familia ſancti Dominici; nuper au-em in noſtram linguam converſa. Hanc cùm pervolutarem, ita proditum eperi, de *Damut* regno in Æthiopia, ujus incolæ Prete-Jani vectigales eſſe icuntur, in iis regionibus mulieres ſſe bellicoſas, quibus adhuc teneris extra mamma ferro candente adura-ır, ut de Amazonibus proditum; quo rachio ejus lateris ad arma tractanda xpeditiore utantur: non eſſe his con-ıgia; ſed tamen, ſi quam nube e con-ngat, ac liberos gignere, non diu-ius eorum curam agere, quàm dum ıctantur: lacte depulſos ablegare ad atrem, qui reliquæ educationis onus ıbeat. His imperare Reginam iiſdem

moribus utentem, & virginitatis in-
corruptæ, ob id in præcipua habitam
veneratione, non modò apud mulie-
res ſubditas, ſed etiam apud finitimos
Reges; qui ultrò ejus amicitiam ex-
petant, honorique ducant; armis quo-
que eam contra hoſtes defendant. De
qua re auctor ille teſtem citat Patriar-
cham Dom Joannem *Bermudes*, in li-
bro quem de Prete-Jano conſcri-
ſit.

Sed & in eadem regione verſus Si-
nas tendentibus inſulas inveniri ſimi-
lium mulierum cœtibus, armis dedita-
rum, & priſcarum Amazonum ritu
viventium habitatas: utpote quibus &
lege ſit poſitum, ut nulla virorum
conſortia admittant, niſi admodum ra-
rò, & prolis tantùm ſuſcipiendæ cau-
ſâ; non tamen omnem indifferenter
educandam putent, ſed feminas tan-
tùm, mares patribus deferendos cu-
rent, à quibus alantur; duces ipſæ
militaribus exercitiis totæ incumbant.
Quæ ſi vera ſunt, (cur autem vera eſ-
ſe negentur, non video) jam tot hiſto-
riis antiquis & recentibus rem confir-

natam velle ſilentio & tenebris obrue-
e, non niſi obſtinatæ contra verita-
em impudentiæ & temeritatis judi-
etur.

## CAPUT VIII.

### *Non eſſe abſurdum, Amazones fuiſſe quales traduntur, variis rerum documentis probatur.*

SED age miſſis hominum teſtimo-
niis & auctoritatibus rem ipſam in-
ueamur, num quid in ea inſit, quod
ationi aut legibus naturæ tantopere
ugnet: cujuſmodi ſi nihil in ea hiſto-
ia deprehendi poſſe oſtendero, exin-
e patebit levitas & inſolentia fidem
naximis totius ævi auctoribus dero-
antium, cùm ipſi nihil ſolidi habeant,
uo eos falſa ſcripſiſſe convincant.
Quod quidem infrà in examine earum
uæ ſuprà ex Strabone & aliis adductæ
unt, dubitationum liquidò apparebit.

Caput diſputationis & cardo, cauſas

demonſtrare inuſitatæ in feminis indolis, prudentiæ quidem ad civitatem regendam; fortitudinis ad hoſtes finibus ſummovendos, aut aggrediendos; conſtantiæ & animi roboris ad perſiſtendum in propoſito, & militiæ labores ferendos. Quæ omnia in feminas cadere negant, ad conſuetam ſcilicet & ſibi notam tantùm mulierum vitam reſpicientes, nulla habita ratione locorum, educationis, & aliarum proprietatum; quod qualis ſit hallucinationis, nemo paulò emunctior non videt. Cùm enim tot res afferri poſſint, quibus naturæ hominum variantur, malunt diſputare nihil eſſe in hiſtoria Amazonum, quàm cauſas inuſitatæ earum indolis inveſtigare; nec tam quidem imperitiam in pleriſque eorum arguerim, quàm ambitionem; id enim magnum judicii acrioris & exquiſitæ eruditionis ſpecimen putant, quæ multi priſcis ſeculis facta dicunt, ea vel ſine argumentis negare eſſe facta, & explodere potiùs, quàm aliorum eſſe acceſſionem.

## CAPUT IX.

### *De cauſis inuſitatæ Amazonum indolis, ac primùm de loco.*

QUANTAS loca naturis rerum varietates afferant, qui ignorat, pecudem eſſe oportet, non hominem; adeò multa & in hominum vita, & in literis ubique extant, quæ earum varietatum fidem faciant. Quo ſanè ex hominum conſenſu & notitia eſt effatum iſtud Hippocratis jam memorato libro de Aëre, Loc. Aqu. Εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος, τῆς χώρης τῇ φύσει ἀκολουθοῦντα καὶ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς τρόπους. i. e. *Invenias enim ferè ſemper & formas hominum, & mores regionis affines & reſpondentes.* Subſcribit Hippocrati Curtius lib. 8. *Ingenia* (inquit, *hominum ubique locorum ſitus format.* Sed & Juſtinus lib. 2. ubi de antiquitate Scytharum & Ægyptiorum: *quippe naturam, cùm primùm incrementa*

*caloris ac frigoris regionibus diſtinxit, ſtatim ad locorum patientiam animalia quoque generaſſe: ſed & arborum atque frugum, pro regionum conditione aptè genera variata. Et quantò Scythis ſit cælum aſperius quàm Ægyptiis, tantò & corpora & ingenia eſſe duriora.* Innumera in eandem ſententiam extant loca auctorum, ſi perſequi velim. Denique adeo id & vitæ uſu & literis vulgatum, ut inter adagia, auctore Eraſmo, locum invenerit, his verbis: Βίοι ἀνθρώπων καὶ φυτῶν σπέρματα συνεξομοιοῦνται ταῖς χώραις. i.e. *Mores hominum & ſtirpium ſemina ad regionis habitum formantur.* Quidni igitur ea loca in quibus Amazones habitaſſe dicuntur, plurimùm ad mores earum formandos, audaciamque iis ingenerandam ſexu majorem, & vires corporis contuliſſe credamus? Ita quidem creditum fuiſſe teſtatur Stephanus in voce Αμάζονες, his verbis. Φασὶ δὲ περὶ αὐτῶν, ὅτι τῇ φύσει τῶν ἀνδρῶν διαφέροιεν, αἰτιώμενοι τοῦ τόπου τὴν κρᾶσιν, ὡς γυναῖκας εἰωθότος τὰ θήλεα σώματα ἰσχυρότερα, καὶ μείζω τῶν ἀρσενικῶν. i. e.

*)e his verò ita cenſent naturâ eſſe viris rǽſtantiores, cujus rei cauſam loci tempe-amento adſcribunt, qui mulierum corpo-a viribus ampliora & robuſtiora genera-e ſoleat.* Neque obſtat Stephani dubi-atio eodem loco: Ἐγὼ δὲ φυσικὰ, νομί-ζω τὰ κοινὰ πάντων πάθη. ὥστε ἄλογος ἡ ἰτία. *Ego verò* (inquit) *naturales eſſe as tantùm judico affectiones, quæ ſunt mnium communes. Itaque hæc cauſa non ectè*[*affertur.* Quæ objectio planiùs hunc n modum expediri poteſt: ſi cœli ſub quo Amazones naſcebantur, conditio, eſſet cauſa earum præſtantiæ, oporte-ret omnes ſub eodem cardine naſcen-es feminas ejuſdem naturæ præſtan-ioris eſſe participes. Hoc autem non dicitur, ſolarum enim Amazonum id proprium fuiſſe cenſetur: ergo non cœli temperies, aut loci conditio, cau-ſa ejus inſolitæ in ſequiori ſexu virtu-tis, ſed aliquid magis iis proprium & peculiare.

Hæc quidem Stephani objectio eſt; ſed doctus ille Grammaticus non con-ſideravit, poni quidem cœli qualitatem

cauſam Amazonum præſtantiæ, ſic tamen ut aliæ cauſæ non excludantur: neque enim in tali genere effectuum ſeparandæ ſunt cauſæ, ſed congregandæ potiùs, ſi rectè volumus philoſophari. Neque enim, opinor, bonus Philoſophus eſſet, qui negaret cœlum Atticum quicquam ad Socratis, aut Platonis, aut Demoſthenis magnitudinem contuliſſe; quia non omnibus ſub cœlo Attico natis eadem vis ingenii & præſtantia contigit. Valet enim cœlum, & quidem plurimùm, ad indolem cujuſque fingendam; verùm non ſolum, ſed cum aliis cauſis magis propriis, quarum in numero ſunt educatio & diſciplinæ. Quas omnes cauſas ad Amazonum vigorem & præſtantiam conſpiraſſe nunc demonſtrandum eſt. De cœlo autem ſoloque in quibus vixerunt, primùm dicendum eſt.

## CAPUT X.

### *De regione in qua Amazones habitarunt.*

MAGIS celebrata earum ſedes, quæ in Cappadocia juxta Thermodontem fluvium, ad quem civitas fuit nobilis Themiſcyra ab iis habitata. Regioni etiam in qua ea urbs condita, idem nomen fuit: de qua vide Strabonem lib. 12. Cæterùm Herodotus ab ea ſede poſt cladem à Græcis duce Hercule acceptam ad Thermodontem, navibus inſcenſis delatas fuiſſe refert ad Mæotidis prærupta, quæ Scytharum Liberorum ditionem attingunt, inde porrò egreſſas ad loca habitata, & prædas ex agris agentes, ex pugnâ cum Scythis initâ comperto quòd feminæ eſſent, tandem veniſſe in colloquium cum Scythis, quibus & nubentes caſtra miſcuiſſe, unàque è regione illa profectas, trajecto Tanai, & ab illo trium dierum itinere

confecto, totidemque à Mæotide pa-
lude Orientem verſus & Aquilonem
in Sarmatia conſediſſe. Ita Herodotus.

Plutarchus autem in Pompeio con-
finia Caucaſo loca verſus mare Hyr-
canum habitaſſe dicit: unde quotan-
nis vicina Thermodonti loca petere
ſolerent, ubi duobus menſibus cum
Gelis & Lelegibus miſceantur ſobolis
causâ. Νέμονται δὲ τοῦ Καυκάσου τὰ καθή-
κοντα πρὸς τὴν Ὑρκανίαν θάλασσαν, οὐχ
ὁμοροῦσαι τοῖς Ἀλβανοῖς, ἀλλὰ Γέλαι καὶ
Λέλεγες οἰκοῦσι διὰ μέσου, καὶ τούτοις ἔτος
ἕκαστον, δύο μῆνας εἰς ταυτὸ φοιτῶσαι περὶ
τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν ὁμιλοῦσιν. Nota-
ri interim velim quæ ibidem præce-
dunt Plutarchi verba. Ἐν ταύτῃ τῇ μά-
χῃ λέγονται καὶ Ἀμάζονες συναγωνίσασθαι
τοῖς βαρβάροις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Θερμώδον-
τα ποταμὸν ὀρῶν καταβᾶσαι. &c. hoc eſt,
rumorem fuiſſe Amazonas Albanis in
eo prælio, quod adverſus eos Pom-
peius iniit, è vicinis Thermodonti
montibus ſuppetiatum veniſſe, argu-
mento peltarum Amazoniarum, & co-
thurnorum in ſtrage inventorum. Tan-

quam non abſurdum tunc viſum eſſet, adhuc ſupereſſe complures è priſca gente Amazonum inter barbaros Thermodontis & Ponti accolas. Quod quidem non negat Plutarchus, ſolùm dicit, nullum muliebre cadaver in parte barbarorum repertum fuiſſe. Μετὰ γὰρ τὴν μάχην σκυλεύοντες οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς βαρβάρους, πέλταις Ἀμαζονικαῖς καὶ κοθόρνοις ἐνετύγχανον, σῶμα δὲ οὐδὲν ὤφθη γυναικεῖον. Sed hæc obiter. Nunc de ipſo cœlo.

## CAPUT XI.

### *De Scythici cœli natura.*

HOMINES naſci in Scythia viciniſque aliis Septemtrioni plagis iracundos, audaces, inquietos, laborum patientes, ad arma promptos & bellicoſos conſtans opinio eſt. Regionis enim frigus humorem corporis caloremque intrò compellens, facit ut ſanguine abundent præcalido & ſem-

per æſtuante; ex quo non mirum ſi ad iram & actus bellicoſos proclives fiant. Iiſdem robuſta corpora, & laboribus ferendis paria, quia magna & denſa, ob frigoris exceſſum, cujus proprium corpora denſare: tametſi eadem pilis nuda & levia ſunt eâdem causâ, quia non ita facilè pili ob cutis conſtipationem foris truduntur. Verùm intus fervidorum copia vaporum & fuliginum exæſtuans animos eorum percellit, incenditque adeò, ut parùm ab ebriis hominibus differant: quo ſanè fit, ut minùs prudentiâ valeant, iis qui calidas incolunt regiones. Quod & ipſum non mediocre ad audendum ac ſtrenuè pugnandum momenti afferre creditur: ut enim Pericles apud Thucydidem ſciſcit; Αμαθία μὲν θράσος, λογισμὸς δὲ ὄκνον φέρει. *Imperitia inconſideratioque audaciam addit; mentis autem agitatio, & conſilium timidos reddit & cunctabundos.* Ita etiam Ariſtoteles de iis omnibus qui verſus Polum habitant, cenſet, eorumque reſpectu qui Meridionales plagas incolunt, admodum

ebriis ſimiles eſſe, & juvenibus qui
nimi impetu potiùs quàm ratione du-
cuntur. Οἱ μὲν γὰρ, διὰ τὴν ψυχρότητα
τοῦ τόπου, ἐπανισούσης τῆς φύσεως αὐτῶν,
θερμότεροί εἰσι πολὺ, ὥστε λίαν μεθύουσιν
οίκασι, καὶ οὐκ εἰσὶ ζητητικοὶ, ἀλλὰ ἀν-
δρεῖοι καὶ εὐέλπιδες. *Etenim qui ſedes fri-
gidas habent, frigore loci obſiſtente, longè
calidiores quàm pro nativo temperamento
redduntur: quo fit ut valde ebriis ſimiles
videantur.* Ariſtoteli ſubſcribit Galenus
n libro, quòd animi mores ſequantur
temperamentum corporis; & in 2. de
Temperamentis, tum reliquus Phyſi-
corum cœtus. Sed & inter recentiores
Bodinus, vir inter alia eruditionis de-
cora, quibus nomen ſuum illuſtravit,
naturæ ſtudioſus, & non mediocriter
conſultus, cujus verba huc pertinentia
n aureo Methodi hiſtoriarum libello,
ſubjungere operæ pretium cenſeo. *In
motu* (inquit) *& tumultu contemplari ne-
mo poteſt; ſed purgata mente ac perturba-
tione vacua, tum etiam immoto corpore id
fiat oportet: & quò quiſque magis ſapit,
eò tardiores habet corporis & animorum*

*motus. Qui verò inſaniunt, perpetuò cor-*
*pore æquè ac animo jactantur. Itaque nau*
*tas, opinor, aquarum & ventorum perpe-*
*tua jactatio barbaros & inhumanos red-*
*dit. Ut ut ſit, compertum eſt Thraciam*
*Galliam, Britanniam, Circaſsiam, Lybian*
*deſertam, Luſitaniam, Perſiam, Norve-*
*giam, Noricum & Pannonias, quæ ven-*
*torum impetu magis agitari dicuntur, po-*
*pulos habere mobiliores ac ferociores, quàn*
*quæ regiones eodem cæli tractu quietæ ſunt*
*ut Aſſyria*, &c.

Qui locus egregii viri pro commen-
tario eſſe poteſt ad ea quæ habet Hip-
pocrates lib. de Aëre, Loc. Aq. ub
Europæos Aſianis comparat, & quar
illi his longè ferociores ſint, explicat
Περὶ δὲ τῶν ἠθέων ὁ αὐτὸς λόγος· τότε γ
ἄγριον, καὶ τὸ ἀμείλικτον, καὶ τὸ θυμοειδὲ
ἐν τῇ τοιαύτῃ φύσει ἐγγίνεται. αἱ γὰρ ἐκ
πλήξιες πυκναὶ γινόμεναι τῆς γνώμης τὴ
ἀγριότητα ἐντιθέασι, τὸ δὲ ἥμερόν τε κα
ἤπιον ἀμαυροῦσι. i. e. *Eadem & morun*
*ratio in utriſque exiſtit: feritas namque*
*immanitas, & audacia, à natura Euro-*
*pæis innaſcitur. Crebræ enim mentis per*

*ulſiones feritatem inducunt; quod autem n moribus eſt mite & benignum, extin- unt.*

Atque hæc de Scythicarum & Bo- eæ ſubjectarum gentium moribus & arbarie olim extrema, nunc minore, & magna ex parte depulſa ob litera- um & religionis veræ lumen, quo nunc pleræque earum gentium illu- ſtrantur. Scytharum autem nomine îc latiùs ſum uſus more veterum, qui gentes omnes borealem orbis partem habitantes indiſcriminatim Scythas vo- cabant.

## CAPUT XII.

### *De locis Ponto adjacentibus, ubi olim Amazones habitarunt; & gen- tium iis in oris feritate.*

CUM igitur variæ Scythiæ gentes ab Hippocrate dicto libro, priſciſ- que Geographis, quorum in numero & Plinius, diſtinguantur; ex his ma-

gis immanſuetæ, truces, indomitæ barbaræ ſemper exiſtimatæ ſunt, qua Cappadociæ partem magis Ponto vicinam; ideoque Ponticam nuncupatam incolebant. Quæ eorum immanitas nullâ temporum longinquitate, quâ omnia mutantur, ad hanc uſque ætatem mitigari potuit. Quid porrò de iis ſenſerint veteres, apparet ex Ariſtotele, qui lib. 7. Moral. ad Nicomachum cap. 6. inuſitatæ, & naturæ humanæ modum ſuperantis morum immanitatis, quam θηριώδη ipſe, hoc eſt, belluinam appellat, exempla à barbaris Ponti accolis petit: quod aliud hominum genus magis efferatum univerſo in orbe terrarum non putaret. Verba adſcribam. Λέγω δὲ τὰς θηριώδεις, (ἕξεις) οἷον τὴν ἄνθρωπον, ἣν λέγουσι τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν, τὰ παιδία κατεσθίειν· ἢ οἵοις φασὶ χαίρειν ἐνίους τῶν ἀπηγριωμένων περὶ τὸν Πόντον, τοὺς μὲν ὠμοῖς, τοὺς δὲ κρέασιν ἀνθρώπων, τοὺς δὲ τὰ παιδία δανείζειν ἀλλήλοις εἰς εὐωχίαν. i. e. *Ferinos hominum habitus dico, quales mulieris, quam aiunt gravidarum uteros*

*litam reſcindere, indeque extractos fœ-*
*us mandere; aut quarumdam circa Pon-*
*um efferatarum gentium, partim crudis*
*eſcentium, partim humanis carnibus,*
*artim, ut perhibent, infantes inter ſe ad*
*ulandum mutuantium.* Euſtratius vel,
t alii falsò cenſent, Aſpaſius ad hunc
ocum, mulieri illi Ponticæ prægnanti-
us infeſtæ Lamiam nomen fuiſſe no-
at: Ἡ Λαμία γυνὴ τὶς ἦν περὶ τὸν Πόντον,
ἥτις διότι ἀπώλετο τὰ οἰκεῖα τέκνα, τὰ τῶν
ἄλλων γυναικῶν βρέφη ἤσθιεν. i.e. *Mu-*
*ier quædam fuit nomine Lamia, vicinis*
*Ponto locis habitans, quæ filiis propriis fa-*
*o ſublatis, aliarum mulierum infantes vo-*
*abat.* Hæc hiſtoria ſi vera eſt, Regi-
am fuiſſe eam mulierem oportet. Ut
t ſit, Lamiæ & Flaccus meminit in
Arte, ad eam fortè alludens hiſtoriam:

*Neu pranſæ Lamiæ vivum puerum ex-*
*trahat alvo.*

Philoſtratus autem in Vita Apollonii
Tyanei lib. 4. cap. 8. genus fuiſſe dæ-
moniorum ita dictum cenſet, quod
mulieris pulchræ ſpecie apparens ſpe-
cioſis juvenibus, eos voluptatis vene-

reæ illecebris captos ſaginatoſque voraret. Sed de his hactenus. Quod ad Ponti accolas autem attinet, quos belluinâ morum feritate inſignes deſcribit Ariſtoteles, hoc Scythis annumerat Aſpaſius eo loco. *Οἱ γὰρ Σκύθαι* (inquit) *οἱ περὶ τὸν Πόντον, οἱ μὲν ἔχαιρον ἐσθίειν ὠμοὺς ἰχθῦς· ἄλλοι δὲ κρέα ὠμὰ ἤσθιον, ἄλλοι δὲ ἐδάνειζον τὰ οἰκεῖα τέκνα ἀλλήλοις, ἵνα ταῦτα κατεσθίωσι, καὶ τοῦτο ἡδὺ ἐδόκει αὐτοῖς.* Ex quibus intelligi poteſt, Scythas quidem omnes agreſtes & inhumanos ſemper exiſtimatos fuiſſe, maximè verò eos qui circa Pontum degerent. Quod ſanè priſca ejus appellatio indicat: quem olim non Euxinum, ut nunc, ſed ab inhoſpitali feritate Axenon appellatum Plinius lib. 6. cap. 1. teſtatur, ſed & Septimius Tertullianus in primo adverſus Marcionem, falsò dictum Euxinum, qui naturâ axenos inhoſpitalis, ut olim, dici mereatur, luculentis verbis oſtendit. Quem locum adſcribere libet, utpote qui regionis illius de qua loquor, cœlique ingenium, atque inde earum

entium efferam barbariem graphicè
xprimat. *Pontus igitur, qui Euxinus
aturâ negatur, nomine illuditur. Cæte-
m hoſpitalem Pontum nec de ſitu æſti-
es: ita ab humanioribus fretis noſtris,
uaſi quodam barbariæ ſuæ pudore ſeceſſit.
entes ferociſſimæ inhabitant, ſi tamen
abitatur in plauſtro. Sedes incerta, vita
uda, libido promiſcua & plurimùm nu-
a, etiam cùm abſcondunt, ſuſpenſis de
ugo pharetris indicibus, ne temere quis
ntercedat: ita nec armis ſuis erubeſcunt.
arentum cadavera cum pecudibus cæſa,
onvivio convorant. Qui non ita deceſſe-
int, ut eſcatiles fuerint, maledicta mors
ſt. Nec feminæ ſexu mitigantur ſecun-
ùm pudorem; ubera excludunt, penſum
ecuribus faciunt; malunt militare quàm
ubere. Duritia de cælo quoque. Dies nun-
uam patens, Sol nunquam libens, unus
ër nebula: totus annus hybernum: omne
uod flaverit, Aquilo eſt. Liquores igni-
us redeunt, amnes glacie negantur, mon-
es pruinâ exaggerantur. Omnia torpent,
omnia rigent: nihil illic niſi feritas calet,
lla ſcilicet quæ fabulas ſcenis dedit, de*

*ſacrificiis taurorum, & amoribus Colcho-rum, & crucibus Caucaſorum.*

Si quis porrò Tertullianum arguat omnia ibi Oratorum more & Sophi-ſtarum exaggerare in majus, per di-cendi exceſſus & amplificationes; ne Ovidium quidem, qui in iis regionibus plures annos in exilio tranſegit, ac fato eſt defunctus, dubitabit in iis quæ de Pontica terra in libris de Triſtibus ca-nit, modum hiſtoricæ narrationis li-centiâ poëticâ, vel etiam exilii im-patientiâ egreſſum; cùm ſe Elegiâ 10. in media vivere barbaria dicit:

*Si quis adhuc iſtic meminit Naſoris a-*
*dempti,*
*Et ſupereſt ſine me nomen in urbe*
*meum.*
*Suppoſitum ſtellis nunquam tangentibus*
*æquor*
*Me ſciat in media vivere barbaria.*
*Sauromatæ cingunt fera gens, Beſſique,*
*Getæque,*
*Quàm non ingenio nomina digna*
*meo.*

Et lib. 3. de Ponto epiſtolâ 1.

*Æquor Jaſonio pulſatum remige primùm,*
*Quæque nec hoſte fero, nec nive terra cares:*
*Ecquod erit tempus, quó vos ego Naſo relinquam,*
*In minùs hoſtili juſſus abeſſo loco?*
*An mihi barbariâ vivendum eſt ſemper in iſta?*
*Inque Tomitana condar oportet humo?*
*Pace tua, ſi pax ulla eſt tua, Pontica tellus,*
*Finitimus rapido quam terit hoſtis equo.*
*Pace tua dixiſſe velim, tu peſſima duro*
*Pars es in exilio, tu mala noſtra gravas.*

Tum de ſoli maligno ad triſtes fœtus erendos ingenio, & facie inimica:

*Triſtia per vacuos horrent abſynthia campos,*
*Convenienſque ſuo meſſis amara loco eſt.*

ed & Maro iniquior putabitur, quòd n 4. Æneïd. dixerit in perſona Eliſæ xprobrantis Æneæ immanſuetum ingenium:

*Duris genuit te cautibus horrens*
*Caucaſus, Hyrcanæque admorunt uber*
*tigres.*

At verò cùm & Ariſtoteles, ut mo
dò aſſenſum eſt, & alii item ſcri
ptores idem tradant, ſincerum illo
rum de Pontica ora teſtimonium cen
ſeri debet: ſatiſque mirari non poſ
ſum, beatum Nyſſæ Epiſcopum in vi
ta Gregorii Thaumaturgi, ut Patri illi
cujus res ſcribebat, qui Neocæſarea
in Ponto natus erat, gratificaretur
contrariam planè de Ponti Euxini no
mine opinionem defendere auſum
fuiſſe; non poſteriùs ſcilicet, ut alii
auctoribus placet, ſed & initio Εὔξεινο
id mare nuncupatum fuiſſe, à gentium
virtute & præſtantia; & inde etiam
laudandi illius Sancti materiam & ar
gumentum ſumendum putaſſe. Καί μ
μηδεὶς οἰέσθω τῷ μηδὲν ἔχειν σεμνὸν περὶ
τῆς πατρίδος, ἢ τῶν προγόνων τοῦ ἀνδρὸς διη-
γήσασθαι, ἐν σχήματι τοῦ δοκεῖν περιορᾶν
τοιούτων ὑποκλέπτειν τὸ ὄνειδος. Hæc præ
fatus admodum oratoriè, mox de Pon
ti nomine ſic: Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὴν ἐπω

μίαν τ͂ Πόντου τὴν παρὰ πάντων ἀνθρώ-
ων κατ' ἐξαίρετον ἀνατεθεῖσαν τῷ ἔθει;
ἧς τῶν ἐξ ἀρχῆς εἰληχότων τ͂ χῶρον ἡ
ρετὴ μαρτυρεῖται· μόνος γὰρ ἐξ ἁπάσης
ς τε καὶ θαλάσσης σχεδὸν ὁ Πόντος Εὔξει-
ς ὀνομάζεται, εἴτε τὴν πρὸς τοὺς ἐπιδη-
μοῦντας τῶν ξένων φιλοφροσύνην μαρτυ-
ῦντος αὐτοῖς τοῦ ὀνόματος. εἴτε καὶ ὅτι
ιςτος ὁ χῶρος ἐστιν, ὡς μὴ μόνον τοῖς ἐγ-
ρείοις τε καὶ αὐτόχθοσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς
αντταχόθεν εἰς αὐτὸν φοιτῶσιν τὰς πρὸς
ζῆν παρασκευὰς ἀφθόνως χαρίζεσθαι.
c. Tum de gentium ea loca incolen-
um præſtantia quàm ſophiſticè : Τοιού-
υ δὲ ὄντος τοῦ ἔθνους παντὸς, ὡς ὅπερ ἂν
ς αὐτοῦ μέρος ἐφ' ἑαυτοῦ κατασκέψηται,
ἄλλων προτερεύειν οἴεσθαι. οὐδὲν δὲ ἧττον
c. i. e. *Ac nemo putet me nihil amplum
que magnificum de patria, majoribuſve
iri poſſe commemorare, ſed ſub ſpecie at-
ue prætextu contemptionis ejuſmodi re-
m dedecus atque turpitudinem quaſi ſub-
ucere atque ſuffurari. Quis enim igno-
at cognomen Ponti, quod ab omnibus ho-
inibus tanquam præcipuum quiddam ac
eculiare genti impoſitum atque tributum*

*eſt? per quod eorum quibus locus ab initi*
*obvenit, virtus demonſtratur. Solus enim*
*ex omni terra marique hic Pontus*, Εὔξει-
ν©, *id eſt, hoſpitalis, hoſpitibus & pe-*
*regrinis commodus & bonus nominatur,*
*ſive comitatem & humanitatem ejus erga*
*advenas & peregrinos inibi verſantes, at-*
*teſtante vocabulo: ſive idcirco, quia locu*
*ejuſmodi eſt, ut non modò incolis & in-*
*digenis, verùm etiam illis qui ex omni-*
*bus partibus eò accedunt & confluunt, ad*
*vivendum ſubſidia atque commeatus abun*
*de ſuppeditet atque ſubminiſtret.* Et pau-
lò pòſt: *Cùm autem ejuſmodi tota nati*
*ſit, ut quamcumque quis ejus partem pe*
*ſeſe ſolam conſideraverit, cæteris præſtan*
*eam exiſtimaturus ſit.* &c.

Hæc Gregorius de Ponti Euxini ap-
pellatione & incolis; quæ, ſi ſimplici-
ter citra temporum diſtinctionem pro-
tuliſſet, excuſari poterat, tanquam hæ
de poſteriore appellatione intelligi vo-
luiſſet; quo pacto accepit Themiſtiu
in oratione, quâ Nicomedienſes ad
Philoſophiæ ſtudia hortatur: Οὔτ' αὐ
ὑμᾶς ποτε ἠσπασάμεθα, ἢ μή τι καὶ ἀρετῆ

μεταπο. ȣ·

ταποιουμένους ἔγνωμεν· οὔτ' εἰ πολλῷ
ξενότερος ὑμῖν ὁ κόλπος ἦν ἅμα, καὶ κα-
ρώτερος. Ita enim vocem ςενότερος,
æ in vulgatis libris mendosè legitur,
ud dubitem in εὐξενότερος mutare.
e. *Neque vos amplexi unquam eſſemus,*
*ſi virtutis ſtudio deditos cognoſceremus,*
*c ſi veſter ille ſinus* (nempe Euxini
onti) *multò hoſpitalior puriorque eſſet.*
ùm igitur de eo mari (quod κατ' ἐξο-
ὴν, per excellentiam, ut Strabo lib.
ait, communem omni mari Ponti
pellationem ſibi propriam fecit, haud
cus atque Homerus Poëta, quòd nul-
m majus veteribus notum eſſet) ver-
facimus, diſtinguere debemus: prio-
bus enim ſeculis ἄξενον eſſe dictum
gentium accolarum inhoſpitali bar-
rie dubitare nullo modo debemus,
ìm certiſſimi ita auctores tradant:
oſtea autem vetus illa appellatio me-
tò in contrariam mutata eſt, poſt-
uàm cepere Græci eas regiones fre-
uentare; atque urbibus conditis, ad
neliorem vivendi formam & ſtatum
raducere: tunc enim humanitate in-

D

troducta Pontus ex inhoſpitali, quod erat priùs, Εὔξεινος, hoc eſt, hoſpitalis factus eſt, ut certiſſimæ fidei ſcriptores produnt; apertiſſimè autem auctor anonymus in periplo Ponti Euxini: Ταύτην τὴν Ἀπολλωνίαν πόλιν κτίζουσι εἰς τοὺς τόπους ἐλθόντες οἱ Μιλήσιοι πρὸ πεντήκοντα ἐτῶν τῆς Κύρου βασιλείας· πλείστας γὰρ ἀποικίας ἐκ Ἰωνίας ἔστειλαν εἰς τὸν Πόντον τὸν πρὶν ἄξενον λεγόμενον διὰ τὰς ἐπιθέσεις τῶν βαρβάρων, προσηγορίαν ἐποίησαν Εὐξείνου τυχεῖν. i. e. *Hanc urbem Apolloniam condidere Mileſii, cùm in hæc loca deveniſſent annis ante Cyri regnum quinquaginta. Plurimas enim colonias ex Ionia deduxerunt in Pontum: cui priùs Axeno, propter barbarorum irruptiones dicto, cognomentum Euxini impoſuerunt.* Quorſum igitur tam multa de Ponto Euxino & vicinarum illi gentium feritate? ut intelligatur, non adeo mirum aut incredibile videri debere, feminas ibi tunc habitantes, quo tempore cruda eos tractus barbaries premebat, longè diverſo præditas fuiſſe ingenio, & moribus, ab iis quos mu

eres mitiore ſub cœli cardine degen-
es præferunt. Meminerimus ſenten-
æ Ariſtotelis citatæ ſectionis Quæſtio-
um naturalium problemate primo:
ιὰ τί θηριώδεις τὰ ἔθη καὶ τὰς ὄψεις, οἱ
ν τῶν ὑπερβολαῖς ὄντες, ἢ ψύχους, ἢ καύ-
ματος; ἢ διὰ τὸ αὐτό; ἡ γὰρ ἀρίστη κράσις
καὶ τῇ διανοίᾳ συμφέρει· αἱ δὲ ὑπερβολαὶ
ξιστῶσι. καὶ ὥσπερ τὸ σῶμα διαστρέφουσιν,
τω καὶ τὴν τῆς διανοίας κράσιν. i. e. *Cur
feris moribus & aſpectibus ſunt, qui in
imio vel æſtu vel frigore colunt? an ea-
em cauſa eſt? optima enim temperies non
rpori ſolùm, verùm etiam intelligentiæ
ominis prodeſt; exceſſus autem omnes di-
iovent, &, ut corporis, ſic mentis tempe-
amentum pervertunt.*

## CAPUT XIII.

### *dem ex iis quæ regio Amazonibus habitata producit, probatur.*

AD eandem pertinent conſidera-
tionem, quæ iiſdem in regioni-

bus, quas Amazones tenuiſſe dicuntur, producit terra; quippe non procul à Themiſcyræis campis Chalybes ferri temperaturâ nobiles ponunt Geographi, naturâ ibi optimam armis fabricandis materiam gignente, ubi Martio calore virorum & mulierum corda naturaliter flagrant. Tametſi verò de locis ubi Chalybes olim habitarunt, non convenit inter authores; (quippe hos Dionyſius in Periegeſi poſt Tibarenos ſtatuit, Xenophon Moſynœcis ſubditos dicit, Strabo juxta minorem Armeniam collocat, Plinius in Ponticis;) non magna tamen diſſenſio eſt, cùm haud multùm memorata loca diſſideant: ſolus Juſtinus Chalybes in Hiſpania eſſe tradit lib. 44. cap. 4. eâ parte quæ Gallæcia vocatur. *Præcipua his quidem* (Gallæcis) *ferri materia, ſed aqua ipſo ferro violentior; quippe temperamento ejus, ferrum acrius redditur: nec ullum apud eos telum probatur, quod non aut Bilbili fluvio, aut Chalybe tingatur. Unde etiam Chalybes, fluvii hujus finitimi appellati, ferroque cæteris præſtare dicuntur,*

Hæc ibi Juſtinus de Chalybum patria præter aliorum opinionem: nam alium qui ejus ſententiam confirmet; fruſtra quæras.

Sed potior inibi auctoritas Homeri, qui in catalogo navium, Chalybum poſt Paphlagones, non remotam gentem à Ponto Euxino, mentionem fecit, his verſibus:

Αὐτὰρ Ἁλιζώνων Ὀδίος, καὶ Ἐπίστροφος ἦρχον
Τηλόθεν ἐξ Ἀλύβης, ὅθεν ἀργύρου ἐστὶ γενέθλη.

Ubi Ἁλιζόνους ἐξ Ἀλύβης Strabo lib. 12. τοὺς Χάλυβας interpretatur. Nempe aut aliquid in Homeri codicibus mutatum, quibuſdam pro ἐκ Χαλύβης, perperam ἐξ Ἀλύβης legentibus: aut Alizones iſti Homero memorati, cùm Alybes olim dicerentur; poſtea Chalybes dicti ſunt. Verba adſcribam: Ἤτοι τῆς γραφῆς μετατεθείσης ἀπὸ τοῦ τηλόθεν ἐκ Χαλύβης· ἢ τῶν ἀνθρώπων πρότερον Ἀλύβων λεγομένων ἀντὶ Χαλύβων. Neque id (inquit) mirum videri debet, cùm eoſdem Chalybes, alia ſcripturæ corruptione Chal-

daeos poſtea appellatos conſtet : οὐ γὰρ νῦν δυνατὸν γέγονεν ἐκ Χαλύβων Χαλδαίους λεχθῆναι, πρότερον δ᾽ οὐκ ἐνῆν ἀντὶ Ἀλύβων Χάλυβας. *Non enim potuerunt qui olim Chalybes, nunc Chaldæi vocari; priori ævo Alybum loco, Chalybes nominare non licuit.*

Ex his apparet naturæ ratio optimæ notæ ferrum ibi producentis, ubi præcipuus ad bellica facinora ferri eſſet uſus. Hanc etiam rationem Liceti Genuenſis Philoſophi teſtimonio confirmare licet: ita namque in libro quem de Lapide Bononienſi compoſuit, capite 1. ſcribit. *Auri & argenti fodinis & margaritis affluentes Indi Occidentalis luxu perditi ac imbelles à paucis Hiſpanis domiti fuere: contrà bellicoſi ſunt, apud quos ferrum naſcitur. Sic in Italia Brixiani feroces & armigeri tellurem poſſident æris ac ferri feraciſſimam: & Germania metallifera plurimùm bello potens cernitur: & ad Thermodontem fluvium in Ponto Chalybes, quòd agrum poſſident argenti venis & ferri fodinis affluentem, unà divites ac feri ſunt. Quin & Amazones habent*

ulieres, vel ipſas armipotentes.

Sed notatu in primis digna Jul. Cæ-
ris Scaligeri animadverſio ſanè inge-
ioſa & erudita in Exercit. 107. Pro-
rium eſt ferri aptam materiam præ-
ere poſſe gladiis, bipennibus, & aliis
ıſtrumentis ſecandi. Hoc autem τέ-
νειν Græci vocant: ita namque di-
ınt quod nos ſecare. Cùm igitur gen-
es illæ ſupra Pontum ſitæ, in quibus
Chalybes, ferrum *temir* hiſce etiam
emporibus vocent, exinde conjicit
Scaliger, verbum τέμνειν à Scythica
voce *temir* fuiſſe olim formatum. Sed
x Temeſem oppidum metallis maxi-
nè ferri & æris nobile, quod Tem-
ſam pòſt Latini dixere. Verba Scali-
geri, ſi quis requirit, hæc ſunt. *Tem-
ſam oppidum Plinius in tertio dicit à
Græcis Tempſam dictum. Statii carmen
ipſum fabrica nobilitavit; ubi non vul-
garis abdita eſt eruditio. Nam populi qui
ſupra Pontum incolunt, quorum Chalybas
vicinos dicebant, ſimul cum iis qui Tar-
tari nominantur, ferrum etiamnunc* temir
*vocant. Quamobrem ex antiquæ vocis ve-*

*ſtigiis Græcum item verbum* τέμνειν *agno-ſcere par eſt.* Potuit & Scythici illius vocabuli opportunitatem extendere ad Themiſcyram, celeberrimam Amazonum urbem; nam & in hac dictione *Themiſcyra* pari modo vocis *temir* veſtigium quoddam agnoſcere licet.

Hæc autem ratio ducitur ab illo principio, quod quidam ut notum experientiâ ponunt; nimirum ita eſſe à natura comparatum, ut quæ ſive animata ſive inanimata in aliqua regione proveniunt, hominum ingenio & moribus ac vivendi inſtituto conſentanea ſint. Quod enim ad animalia attinet, hujus exemplum inſigne dat Cardanus lib. 10. de Subtil. Roſomacham, ſeu Gulonem, immenſæ voracitatis animal, in Lithuania locatum à natura, ubi & homines eſſent omnium voraciſſimi. Quæ ratio non minùs Amazonum in patria conſtare invenietur, conſiderantibus feras quæ naſcuntur in Hyrcania & vicinis Ponto Euxino locis, quàm ſint immanes & truculentæ; quod ſanè innuit Poëta his verbis:

*Hyrcanæque admorunt ubera tigres.*
Sed de hac apta regionum ad homi-
ıum ingenia & mores ratione & con-
ruentiâ, ſuprà etiam nonnulla attigi-
nus; & plantis quoque aliquid ineſſe,
ıominum naturis reſpondens, Naſo-
ıis teſtimonio oſtendebamus. Sed qui
ıujus exempla plura & demonſtratio-
ıes videre optat, Jo. Bapt. Portæ libros
Phytognomicos conſulat; ſed & Lice-
um dicto libro, qui de plantis hoc in-
uper addit: nempe quibus in locis ve-
ıenoſæ plantæ complures proveniunt,
bi homines ad omnem nequitiam ve-
ıeficiorum eſſe proclives, ut in Theſ-
alia & Colchide: quæ regiones olim
nagicis artibus infames fuerunt; con-
rà, ubi ſtirpes deliciis aptæ naſcuntur,
bi gentes luxu diffluere propemodum
eſſe compertum, Sabæorum exemplo,
quos propterea Virgilius molles appel-
at; utpote apud quos thus & balſamum,
& aliæ deliciis natæ plantæ proveniant.
Quibus ſanè confirmatur ſententia Hip-
pocratis in lib. de Aëre, Locis, Aquis:
Εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος τῆς χώρης τῇ

φύσει ἀκολουθοῦντα καὶ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς τρόπους. *Quippe invenias ferè ſemper hominum formas & mores regionis naturæ affines & compares.*

## CAPUT XIV.

*Quòd multùm potuerit educatio ab infantia conferre Amazonibus ad inuſitatum illum animi & corporis vigorem & præſtantiam.*

NEc tamen putandum eſt ſolo cœli poſitu & conditione aëris ambientis, tantum olim Amazonibus animi & corporis robur contigiſſe, magnum & ab educatione illi immo præcipuum acceſſiſſe momentum non dubito; ab alimentorum, inquam, qualitate, corporiſque cultu ab infantia, tum exercitationibus atque inſtitutis. Quarum rerum conſuetudo quantùm ad corpora & animos formandos valeat, ii optimè viderunt, qui primi conſue-

udinem alteram eſſe naturam dixe-
unt; nempe ut Ariſtoteles explicat,
φύσιν ἐπίκτητον, *naturam acquiſitam*. Ut
enim ab alimentis incipiam, tantùm
n iis conſuetudinem valere experien-
iâ conſtat, ut cibi alioqui inſalubres
& injucundi uſu aut nihil, aut minùs,
aſſuetos lædant; immo venena ipſa vi-
res nocendi amittant: quod ſanè in
Mithridate Rege potentiſſimo olim
apparuit, qui cùm in ultima rerum
deſperatione mortem ſibi veneno con-
ſciſcere vellet, non potuit, quòd fre-
quenti & quotidiano antidotorum uſu
corpus proprium contra tales inſidias
muniiſſet: viſum etiam in anu Attica,
quæ eam ſibi cicutæ conſuetudinem fe-
cerat, ut manipulos integros impune
poſſet vorare.

Eadem ratio eſt cujuſcumque exer-
citii & laborum non ſolùm corporis,
ſed etiam animi; quibus qui aſſueve-
runt, faciliùs in provecta etiam ætate
eos quàm inexercitati juvenes ferunt.
Quemadmodum etiam in Hippocra-
tis Aphoriſmis legimus Aphoriſm. 49.

Οἱ εἰθισμένοι τοὺς συνηθέας πόνους φέρειν, κἂν ὦσιν ἀσθενέες ἢ γέροντες, τῶν ἀσυνήθων ἰσχυρῶν τε καὶ νέων, ῥᾷον φέρουσιν. *Quotidianis laboribus aſſueti, etiamſi invalidi ſint aut ſenes, inſuetis quamvis robuſtis juvenibus faciliùs eos labores ferunt.* De alimentorum etiam conſuetudine ita ibidem ſcriptum eſt: Τὸ σμικρῷ χεῖρον καὶ πόμα καὶ σιτίον, ἥδιον δὲ, τῶν βελτιόνων μὲν ἀηδεστέρων δὲ, μᾶλλον αἱρετέον. *Paulò pejor, ſed ſuavior cibus ac potus meliori quidem, at ingrato præferendus.* Unde igitur hoc, niſi quia conſuetudo novam quaſi naturam hominibus corporis & animi adjungit; quò fit ut cuivis & labori ferendo, & rei ſuſcipiendæ pares efficiantur. Nam & mentem quibuſdam ſtudiis acutiorem, animum quoque grandiorem atque audaciorem fieri conſtat. Quibus rebus Amazonas ſupra ſexus captum & animo fortes virileſque, corpore etiam robuſtas effectas veriſimile eſt; cùm ab ineunte ætate & firmioribus cibis alerentur, & iiſdem quibus viri corporis exercitationibus aſſueſcere cogerentur.

Id autem & feminarum quarumdam
eterum exemplis ampliùs declarari
oteſt, nempe Atalantæ Jaſionis filiæ,
uam ferini victus & laborum conſue-
idine ſexum propè exuiſſe, atque in
obuſtiſſimi viri naturam tranſiiſſe di-
unt. Cùm enim ſtatim ab ortu expo-
ta fuiſſet in Parthenio monte Arca-
iæ, ibique in antro relicta, initio ur-
e catulis orbatæ uberibus aliquandiu
ti providentiâ ſuſtentata, pòſt etiam
venatoribus inventa, atque inter eos
greſtibus educata alimentis, ejuſmodi
orporis & animi robur eo victus ge-
ere comparaſſe dicitur, ut & ſola in
rcadiæ montibus & antris vivere, ar-
is ſe ſe adverſus cùm ferarum tum
ominum improborum inſultus tueri
oſſet. Quid igitur de virginis ejus vi-
u maſculoque vigore dicat Ælianus,
bjungere placet. Ἦν δὲ ἄρα τῇ Ἀταλάν-
ῃ στρωμναὶ μὲν αἱ δοραὶ τῶν τεθηραμένων,
οφὴ δὲ τὰ τούτων κρέα, ποτόν τε τὸ ὕδωρ·
λὴν δὲ ἤσθητο ἀπερίγμενα, καὶ τοιαύτην,
αν μὴ ἀποδεῖν τῆς Ἀρτεμίδος. *Stratis autem*
*ctoque utebatur ferinis pellibus, pro cibo*

*earumdem ferarum carnibus, aqua ad potum; veſte autem induebatur ſimplici, & minimè exquiſita, ejuſmodi ſcilicet, quæ à Dianæ comitatu non aliena eſſet.* De forma autem virilique habitu ſic: Μέγεθος μὲν γὰρ ἔτι παῖς οὖσα ὑπὲρ τὰς τελείας ἦν γυναῖκας, κάλλει δὲ ἦν ὡς οὐκ ἄλλη τῶν ἐν Πελοποννήσῳ παρθένων τῶν τότε. ἀῤῥενωπὸν δὲ καὶ γοργὸν ἔβλεπε. τοῦτο μὲν καὶ ἐκ τῆς θηρείου τροφῆς, ἐπεὶ καὶ θυμοειδὴς ἦν. ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐν τοῖς ὄρεσι γυμνασίων. κοκκινόν τε, καὶ ῥαδινὸν οὐδὲν εἶχεν· οὐ γὰρ ἐκ θαλάμου παρήκει, οὐδὲ ἦν τῶν ὑπὸ μητράσι καὶ τίτθαις τρεφομένων. τὸ δὲ ὑπέροικον τοῦ σώματος, οὐδὲ τοῦτο εἶχε· καὶ μάλα γε εἰκότως, ἅτε ἐν τοῖς κυνηγεσίοις, καὶ περὶ αὐτὰ τὰ γυμνάσια τὸ πᾶν σῶμα ἐκτελοῦσα. i. e. *Magnitudine quidem corporis adultas fœminas nondum ipſa pueritiæ annos egreſſa ſuperabat: formâ autem, quali non alia virginum quæ tunc in Peloponneſo maximè ſpecioſæ habebantur. Præterea virile quid aſpectu & vividum præ ſe ferebat; quod ſcilicet illi ex victus ferini conſuetudine inerat: cùm alioqui naturâ eſſet iracunda; ſed & ex montano*

*xercitio. Cæterùm puellare & tenerum ihil habebat: non enim è thalamo proſſerat, aut ex earum numero erat puellaum, quas ſinu matres aut nutrices foviſnt. Nec tamen enormi corporis mole ingnis fuit, utpote quæ venatu & talibus xercitiis modum corporis perfeciſſet.*

Idem alio exemplo non minùs illuſtri confirmare licet ex Maronis Æneïde, ubi de Camillæ bellatricis infania & educatione: quæ tantùm potuiſſet, t, licèt ea virgo ſub clementi Italiæ œlo ortum habuiſſet, nulli tamen duum bellica virtute inferior eſſet, pricarumque Amazonum, quarum facta mitabatur, gloriam omnino æquaet. Cùm enim pater ejus Metabus Volſcorum Regulus, regno per ſeditionem pulſus, in montes avios cum ata ſeceſſiſſet, ibi eam aſperiore eduatione, victuque ferino, & venatu aſſiuo ſic commaſculaſſe dicitur, ut viris oncurrere auderet. Verſus quibus id divinus Poëta expreſſit, divini ſunt, ex quibus eam ſolùm partem ſubjungam, quæ Camillæ educationem exhibet:

*Non illum tectis ulla, non mœnibus urbes*
*Accepere, neque ipſe manus feritate dediſſet;*
*Paſtorum in ſolis exegit montibus ævum.*
*Hic natam in dumis, interque horrentia luſtra,*
*Armentalis equæ mammis, & lacte ferino*
*Nutribat, teneris immulgens ubera labris.*
*Vtque pedum primis infans veſtigia plantis*
*Inſtiterat, jaculo palmas oneravit acuto,*
*Spiculaque ex humero parvæ ſuſpendit & arcum;*
*Pro crinali auro, pro longæ tegmine pallæ,*
*Tigridis exuviæ per dorſum à vertice pendent:*
*Tela manu jam tum tenera puerilia torſit,*
*Et fundam tereti circum caput egit habena,*
*Strymoniamque gruem, aut album dejecit olorem.*

Quidni igitur & eandem valuiſſe in Amazonibus cauſam credamus, ut quia victu aſpero admodum, & aſſiduo in montibus venatu, atque laboribus ab infantia aſſueſcerent, & corpore robuſtæ, & animo audaces ſupra ſexus conditionem fierent? ſanè non deſunt, qui ne pane quidem aut maza (ita Græci polentam hordeaceam aliquo humore madefactam, quæ cruda ederetur, vocabant) eas uti conſuetas cenſeant, ideoque Αμάζονας dictas ab α privante & μάζα: non autem, ut vulgò creditur, à mammæ, quæ μαζὸς Græcè dicitur, privatione. Sed & has lacertis victitaſſe, hincque Σαυροπατίδων no-

nen adeptas Euſtathius notat ad Dio-
yſii Περιήγησιν, ubi ejus nominis ety-
non tradit: Ἐκαλοῦντο δέ ποτε καὶ Σαυ-
ρομάτιδες, διὰ τὸ ἐν Σαυροματικῇ ποτὲ
Σκυθίᾳ οἰκῆσαι, καθάπερ προγέγραπται
ν τοῖς περὶ Σαυροματῶν· ἢ οἱονεὶ Σαυρο-
άτιδες, διὰ τὸ σαύρας πάσασθαι, ὅ ἐστι
εύσασθαι. Quod etymon veriſimilius
o quod Thomas de Pinedo, qui pri-
nus Stephanum cum Latina interpre-
atione & notis edidit, affert; dictas
cilicet Σουρομάτιδας à colore oculo-
um tali, qualem lacerti tergo præfe-
unt; ceu nomen iſtud eſſet compoſi-
um ex σαύρα, *lacerta*, & ὄμμα, *oculus*:
uod eſſe alienum ſcriptura ipſa indi-
at. Sed hæc de etymo obiter.

## CAPUT XV.

### *Superioris diſputationis confirmatio ex Platone.*

EODEM ſpectat Platonis diſputatio in 5. de Republica, quâ oſtendit

poſſe & debere eſſe omnium commu
nionem officiorum in civitate inte
viros & mulieres, uno excepto quo
utrique eſt proprium ſexui, quatenu
unus eorum mas eſt, alter femina; in
quo ſanè inſignis eorum eſt differen
tia, quod ad functionem gignendi at
tinet: cætera verò ſtudia oportere eſſ
communia, gymnaſia, diſciplinas, &
reliquam educationem & cultum ani
mi & corporis, probat exemplo ca
num, quos cùm natura idoneos ad do
mum cuſtodiendam & venandi munu
obeundum fecerit, nullum interim in
iis diſcrimen poſuit, quod quidem eſ
ſatu dignum videatur, quo mas à fe
mina diſcerni poſſit. Feminas quidem
canes non minùs maribus venator
eſſe dociles & promptas, experienti
conſtat; quod ſi in canum, ſi in equo
rum (horum namque eadem ratio)
genere factum, cur hominibus nega
tum putemus, & non potiùs mulieres
eadem atque viros præſtare poſſe cre
damus, ſi eadem educatio contingat

Quamobrem & puellas ab ineunte

tate iiſdem formari exercitiis, eaſ-
em etiam capeſſere diſciplinas, qui-
us ad arma etiam tractanda & mi-
itiæ laborem habiles efficiantur, ra-
oni conſentaneum cenſet Plato; ne-
ue dubitat, quin quod ratione inven-
im eſt, in uſum & conſuetudinem
dduci poſſit, ſi lege ſanciatur. Nec ta-
nen negat, quin vir ad omnia ſit ro-
uſtior quàm mulier: ſiquidem & in
liis animantibus mollior frigidiorque
emina eſſe videtur, pantherâ exceptâ
: urſâ, ut Ariſtoteles in nono hiſto-
iarum notat. Quo argumento & arte-
arum pulſum viris quàm mulieribus
universum, & multò majorem &
ehementiorem eſſe docet Galenus
b. 3. de cauſis pulſuum. Sic autem exi-
imo, illud quod femineo corpori de-
ſt roboris, poſſe aliunde ſuppleri, vel
onditione loci, & cœli naturâ, vel
uâpiam aliâ differentiâ & proprietate
entis in eadem ſpecie. Quidni enim
uopiam ſub cardine cœli mulieres
aſci robuſtiores & animoſiores cre-
damus; aut genus alicubi eſſe mulie-

rum narurâ viris robore haud impar
vel etiam robuſtius ? quemadmodun
nonnullas naſci conſtat viris quibuſ
dam prudentiâ & viribus non mod
non inferiores, ſed etiam ſuperiores.

Quod ne quis temere à me dictun
putet, Galeni verba ex eodem libr
de cauſis pulſuum, & loco ſuprà cita
to, quibus id confirmari poſſit, ſubjun
gere viſum eſt. Cùm enim dixiſſet, ma
rem in univerſum femina eſſe calidio
rem & fortiorem, paulò infrà ſubdit
Πρῶτον μὲν ἀναμνησθῆναι χρὴ τῆς προκει
μένης τῇ λέξει, καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἀναγνῶνα
καθ' ἕκαστον ὄνομα προσέχοντα τὸν νοῦν. τ
γάρ φησιν, (ἄνδρες μὲν οὖν γυναικῶν ὡ
ἐπίπαν μείζονα πολλῷ τὸν σφυγμὸν ἔχουσι
τί δὴ τοῦτό ἐστι, τὸ ἐπίπαν, ἐπιμελῶς χρ
διασκέψασθαι. οὐ γὰρ δὴ μάτην γε πρόσκει
ται, ἀλλ' ἐστιν ἐν αὐτῷ τὸ πᾶν κῦρος τ
λόγου. τῷ γὰρ μήτε ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς ὡσαύ
τως ἅπαντας ἡμᾶς κεκρᾶσθαι, μήτ' ἐπιτη
δεύμασι, μήτε διαίταις ὁμοίαις κεχρῆσθαι
τὸ καθόλου τῆς ἀποφάσεως διαφθείρεται
δυναμένης ποτὲ γυναικὸς εὑρεθῆναι, μ
ὅτι πολλῷ μικρότερον, ἀλλὰ μηδὲ μικρὸ

ως, μηδ᾽ ἴσον, ἀλλὰ καὶ σαφῶς μεί-
να τινῶν ἀνδρῶν ἐχούσης τὸ σφυγμόν.
e. *Primùm quidem meminiſſe oportet*
*s quod propoſitum eſt in textu: tum*
*iverſam ſermonis ſeriem, ſedulò verbum*
*umquodque penſando decurrere. Quid*
*im dictum eſt? hoc ſcilicet (viri quidem*
*lurimum majorem multò quàm mulie-*
*pulſum habent.) Quid igitur particula*
*c, τὸ ἐπίπαν, utplurimum, ſibi velit,*
*iosè oportet ſpectare. Non enim fruſtra*
*oſitum eſt, ſed in hac particula vis to-*
*ſententiæ conſiſtit. Quòd enim non om-*
*s ſtatim ab ortu idem temperamentum*
*cti ſumus, neque ſtudiis aut victus ra-*
*ne eadem utimur, id profectò ne id ge-*
*raliter verum ſit, prohibet; cùm mulier*
*quando reperiri poſſit, non modò quæ*
*lſum multò virili minorem non habeat,*
*t æqualem, ſed etiam quæ manifeſtè hunc*
*ajorem quibuſdam viris nacta ſit.*

Quædam deinde ſubjungit, quibus
ulierem viro calidiorem atque ani-
oſiorem fieri contingat. Ἄνδρα γάρ
ι νόσῳ φλεγματικώτερον φύσει, ψυχρὰ
αὖ ἤδε κρᾶσις εἴη καὶ ὑγρὰ, παραβαλ-

λομένη γυναικὶ χολωδεςέρᾳ φύσει, τοῦ-
ἐςι θερμοτέρᾳ τε καὶ ξηροτέρᾳ. *Age eni-*
*virum mihi conſidera naturâ pituitoſio-*
*rem: tale igitur viri temperamentum bi-*
*lioſiori naturâ mulieri, hoc eſt, calidior-*
*& ſicciori comparatum, frigidum & hu-*
*midum reperietur.*

Hæc prima exceptio eſt à propoſit-
regula; ex qua apparet, poſſe mulie-
rem aliquam ſic conſtitui, ut ſit quo-
piam viro temperamento calidior, ſ-
nimirum talis mulier bilioſa ſit, vi-
autem pituitoſus.

Alias ſubdit Galenus à loco, & vi-
ctus ratione ac ſtudiis, his verbis. Ἀρ-
κείτω δὲ μὴ τοῦτο μόνον, ἀλλ᾽ ὁ μὲν τὸν Πό-
τον· ἡ δὲ, τὴν Αἴγυπτον ἐποικείτω, καὶ σκια-
τροφείσθω μὲν, καὶ ἀργείτω, καὶ διατεξ-
φθω κατὰ τὴν δίαιταν ὁ ἀνήρ· θυραυλείτω δ-
ἡ γυνὴ, καὶ γυμναζέσθω πολλὰ, καὶ μ-
τρίως διαιτάσθω, μείζων ὁ τῆς τοιαύτης γ-
ναικὸς, ἢ ὁ τοῦ ἀνδρὸς ἔςαι σφυγμός. *I-*
*vero ſolum non ſuffecerit, ſed ponamus vi-*
*rum in Ponto eſſe, mulierem in Ægypto-*
*illum præterea umbratilem deſidemque &*
*mollem omnino vitam ducere; hanc paten-*

*us locis ac ſub dio frequenter verſari, ıltaque uti corporis exercitatione, medio- autem victu eſſe contentam, ſic majo- n ejuſmodi mulieris quàm viri fore pul- n, haud dubium eſt.*

Atque hæc quidem Galeni in his ntentia eſt, ut non dubitet, aliquam ulierem fieri poſſe calidiorem quo- am viro; bilioſam ſcilicet, in regio- æſtuoſa natam, & victus ratione ad lidum vergente utentem; pituitoſo gidioriſque quàm pro virili ſexu, mperamenti, & molliter educato: quo quidem nullum eſt negotium, od nos moretur. Sed velim conſi- rari quod ibidem Galenus habet: ud nempe eſſe judicat, virum mu- re eſſe naturâ calidiorem; aliud mul- calidiorem, ſi nimirum vir quiſpiam obè ſecundùm naturam temperatus m muliere quapiam probè item pro uliebris ſexus ratione temperata ſic mparetur, ut eâdem uterque uti vi- us ratione ponatur; cui hypotheſi comparationi conſentaneum cenſet alenus, ut vir ſimpliciter quidem, ut

ſexus conditio poſtulat, naturâ cali
dior muliere exiſtat; non autem πολλ
θερμότερ@, multo, hoc eſt, magn
exceſſu calidior. Verùm ſi ei quali
cumque gradui, quo virile tempera
mentum calore femineum ſuperat, ea
victus ratio accedat, quâ viri uti ſo
lent, hoc eſt, ad calidum declinans
hoc pacto virum non ſimpliciter mo
dò calidiorem, ſed multò calidiorem
fore ſciſcit. Quod cùm ferè ubique ob
tineat, hinc fit, ut viri in univerſum
mulieribus multò calidiores cenſeantur

At enimverò ex his oſtendi poteſt
non eſſe abſurdum, aliquam mulierem
non modò calore haud viro inferio
rem fieri, ſed etiam ſuperiorem. Nam
ſi manente utriuſque temperamento i
ea ratione, quæ ſexui utrique conv
nit, ſimilem victus rationem muli
quæpiam ſequatur, ei quam virorum
plerique tenent, conſentaneum vide
tur, ut talis mulier licèt aliàs natur
paulò minùs ſit calida quàm vir natu
rali modo ſe habens, tamen ob aſp
riorem paulò & maſculam victus ra
tione

ionem ſic comparetur, ut viro nihil
rorſus aut perparum caloris vigore
edat. At verò ſi iiſdem quæ ſuperiùs,
oſitis, tali in regione mulier aliqua na-
ci ponatur, qualem Scythiam & vicinas
Ponto regiones eſſe omnes fatentur,
uæ ſcilicet gentes fortiſſimas ex loci
roprietate gignere ſoleat; ei inſuper
auſæ ea victus ratio accedat, quæ om-
i genere laborum, & aliarum rerum
uibus corporis calor & robur augetur,
nimi excitantur, eam excedat, quâ
iri alibi utuntur; illi ſcilicet qui non
ravam victus legem ſequuntur, his
iquam ita poſitis, nemo non videt eò
em eſſe deductam, ut neceſſe ſit ex-
ide mulierem ejuſmodi fieri multis
iris & calidiorem & robuſtiorem.
Quam fuiſſe Amazonum rationem,
mnium qui de his ſcripſerunt, monu-
ientis proditum.

Hæc autem Galeni verba haud ve-
tus ſum ad præſentem transferre con-
derationem, licèt de pulſuum ſecun-
ùm ſexum differentiis ibi agitur, non
item de temperamento; quia is mo-

E

tus, qui σφυγμὸς Græcis dicitur, nobis κατ' ἐξοχὴν pulſus ob ejus excellentiam, ut quo vita contineatur; is inquam motus cordis calori maximè eſt conjunctus, à quo proximè dependet; & Medici hujus indicio de cordis habitu & caloris conditione conjecturam capiunt. Quod etiam Galenus ibidem inter cauſas quæ virum muliere aliqua frigidiorem facere poſſunt, Ponticam habitationem ponit, Ægyptum inter eas quæ mulierem calidiorem quopiam viro reddere poſſunt, non eſt quod quiſquam contrarium exiſtimet Ariſtotelis ſententiæ, quam ſecuti ſumus, quâ in frigidis locis homines multò eſſe calidiores pronuntiat, citato Problemate 15. ſect. 14. Hæc enim invicem non pugnant, ſi rectè intelligantur. Quippe aliter homines calidi efficiuntur in frigidis locis, atque in calidis & æſtuoſis, ut in Ægypto & aliis auſtrinis plagis: in his namque calida corpora fiunt qualitatis intentione, quam bilis proventus ſequitur (quo pacto mulierem in Ægypto cali-

liorem quopiam viro fieri poſſe cen-
ſet Galenus) in frigidis autem regio-
nibus copiâ caloris potiùs, quàm gra-
du qualitatis & intentione calidiores
fiunt homines, reditu ſcilicet caloris
& ſanguinis in corporis venas & pe-
netralia, atque contractione per frigo-
ris externi ἀντιπερίστασιν, uti ibi expli-
cat Ariſtoteles, noſque ex eo ſuprà
expoſuimus: ἐπανιούσης τῆς φύσεως αὐτῶν
θερμότεροί εἰσιν πολύ.

## CAPUT XVI.

*Quòd audacia corporis exercitatione & laboribus augeatur, Platonis atque etiam Hippocratis dictis probatur.*

REDEO ad Platonem, cujus ſen-
tentiam ſuprà de communicandis
cum mulierum gente corporum exer-
citiis & militari diſciplina oſtendimus.
Quod qua ratione præcipiat, rurſus vi-
dendum eſt: nempe hæc cauſa eſt, quia

frequenti agitatione durantur membra, & robuſtiora efficiuntur: quemadmodum vice verſa ignaviâ & otio longiore marceſcunt. Sed & pars animi iracunda exinde aucto calore excitatur; rectè quidem & utiliter, ſi modus in corpore exercendo teneatur; vitiosè, ſi modum vexatio excedat: unde nautas & alios vitam laborioſam ſequentes, labor efferat. Itaque de talibus pronuntiat dicto loco: Οἱ *μὲν γυμναστικῇ ἀκράτῳ χρησάμενοι, ἀγριώτεροι τοῦ δέοντος ἀποβαίνουσιν.* i.e. *Qui intemperanter exercitationibus indulgent, ferociores quàm par eſt, evadunt.* His igitur modum eſſe adhibendum ſequentibus verbis docet. Καὶ *μὴν ἦν δ' ἐγὼ, τόγε ἄγριον, τὸ θυμοειδὲς ἂν τῆς φύσεως παρέχοιτο· καὶ ὀρθῶς μὲν τραφὲν, ἀνδρεῖον ἂν εἴη· μᾶλλον ἢ ἐπιταθὲν τοῦ δέοντος, σκληρότερόν τε καὶ χαλεπὸν γίγνοιτ' ἂν, τὸ εἰκός.* i. e. *Atqui ferocitas ipſa (inquam) ad iracundæ quidem naturæ animoſitatem pertinet: quæ ſi rectè educatur, fortis evadit; ſin autem plus juſto intenditur, duriorem evadere, difficilem, in-*

*rabilem*, *conſentaneum eſt.* Sed & Hippocrates otio & deſidiâ timidos, aboribus fortes fieri homines docet ib. de Aëre, Loc. Aqu. *Καὶ ἀπὸ μὲν συχίης καὶ ῥαθυμίης ἡ δειλίη αὔξεται· ἀπὸ ὲ τῆς ταλαιπωρίης καὶ τῶν πόνων αἱ ἀνδρεῖαι.*

Sed quid opus eſt literis & teſtimoiis auctorum, ubi experientia veritaem manifeſtis rerum documentis proemodum palpandam præbet? Nonne idemus quotidie in urbibus mulieres lebeias varia onera portare, bajulique fficio haud ſegniùs ac viros ipſos fungi, per plateas & vicos diſcurrere, on minorem laborum patientiam nimique alacritatem & contentionem ſtendere? Ex quo quivis certò intelgat, eadem omnia à mulieribus, quæ viris, fore expectanda, ſi has eodem nodo educari atque inſtitui mos eſſet. Quod tamen quamobrem non in uſu t poſitum, ut mulieres virilibus exeritiis Platonis inſtituto aſſueſcant, & ptæ ad arma tractanda efficiantur, on immeritò aliquis requirat. Ego erò multis de cauſis hunc morem non

placuiſſe comperio. Primùm quidem, quia ſi nunc hac molliore diſciplina & cultu educatæ in umbra procul à civilibus negotiis, nedum ab armis, vix tamen ita in officio contineri poſſunt, ut non pleræque earum plurimum negotii viris faceſſant; quid futurum putamus, ſi fortiori educatione lacertos & majorem nactæ audaciam, armiſque inſtructæ, rebus domeſticis præeſſent? Quam præterea viris fidem uxores bellicoſæ præſtare poſſent? idem enim calor qui animos ad ſtrenuè bellandum excitat, pudoris ignaviam omnem extinguat neceſſe eſt; unde Juvenalis:

*Quem præſtare poteſt mulier galeata pudorem,*
*Quæ fugit à ſexu?*

Poſtremò mulieres ita, ut natura inſtituit, corpore & animo eſſe molliores atque infirmiores non modò pacis domeſticæ & tranquillitatis intereſt, ſed etiam dulcedinis vitæ & voluptatis: major enim ex formoſo & delicato corpore voluptas capitur, quàm equidem alioqui futilem, ſapientibus

amen inter tot vitæ ærumnas & ma-
rimonii moleſtias haudquaquam aſper-
ıandam judico, ſi ita admittatur, ut
nedicinæ & conſolationis potiùs, quàm
egitimi fructus loco habeatur.

## CAPUT XVII.

### *Alia cauſa Amazonum fortitudinis remotior quidem, non tamen minùs seriò penſanda.*

HIs quas hactenus propoſui cauſis adjungerem & leges, quas ad
nores formandos, animoſque tollen-
os aut deprimendos valere plurimùm
n confeſſo eſt, niſi ſcirem leges na-
uram ſequi. Unde enim hæc tanta le-
um per gentes varietas & diſſenſio;
iſi quia alia aliarum gentium ingenia
c mores? Quòd ſi quæpiam alia his
ropria vis, profectò in hoc conſiſtit,
t quod à natura eſt inſitum promo-
eat, ut de doctrina ſapienter Hora-
ius dicit Od. 4. libri 4.

*Fortes creantur fortibus & bonis;*
*Eſt in juvencis, eſt in equis patrum*
*Virtus; nec imbellem feroces*
*Progenerant aquilæ columbam:*
*Doctrina ſed vim promovet inſitam,*
*Rectique cultus pectora roborant.*

Quamobrem hanc in Amazonum rationibus cauſam ſeorſum conſiderare ſuperfluum judico, cùm tot hactenus de earum natura dicta ſint. Quam autem modò mihi natura ipſa rerum offert cauſam, animalium hiſtorias à ſummo viro Ariſtotele conſcriptas verſanti non prætéribo. Hæc quidem nonnullis remotior fortaſſe videbitur, nimiſque è longinquo petita; verùm altioris ingenii & eruditionis viris non viſum iri à propoſito alienam confido.

Hujus conſiderationis occaſio vel potiùs principium ex nono hiſtoriarum. Poſtquam enim Philoſophus, quibus morum differentiis feminæ & mares generaliter diſtinguantur, expoſuit; in omni ſcilicet genere animalium feminas ingenio eſſe molliores, citiùs manſueſcere, & cætera quæ magis ſe-

ꝛui illi affinia propoſuit, quibus con-
raria magis maribus natura ineſſe o-
tendit; ſubdit mox, ejuſmodi morum
lifferentias evidentiùs ſe conſpicien-
las præbere in perfectiorum genere
nimalium, putà in homine, & iis quæ
ropiùs dignitate ab homine abſunt,
uàm in imperfectis & puſillis: Τούτων
χνη μὲν τῶν ἠθῶν ἐστὶν ἐν πᾶσιν, ὡς εἰ-
πεῖν, μᾶλλον δὲ φανερώτερα, ἐν τοῖς ἔχου-
ι μᾶλλον ἦθος, καὶ μάλιστα ἐν ἀνθρώ-
τῳ· τοῦτο γὰρ ἔχει τὴν φύσιν ἀποτετελεσμέ-
ην, ὥστε καὶ ταύτας τὰς ἕξεις εἶναι φανε-
ρωτέρας ἐν αὐτοῖς. i. e. *Horum verò ve-*
*igia morum cùm in omnibus ferè inſint,*
*um vel maximè in perfectioribus, &*
*ræcipuè in homine: hujus enim maximè*
*onſummata eſt natura, & ad ultimum*
*erducta; quo fit ut habitus iſti in eo ſint*
*onſpectiores.*

Ex his, inquam, ſatis accommoda-
am propoſito conſiderationem mihi
ideor poſſe excitare, quâ intelligatur
onſentaneum eſſe in iis locis ubi mi-
ùs perfectæ hominum naturæ ſunt,
ninùs poſſe diſtingui feminarum in-

genia & mores, à virorum moribus earumdem regionum. Cæterùm ex iis morum differentiis quæ ſexum ſequuntur, animi eſt iracundia, ferocitaſque & impetus ad omnia, quæ vi geruntur: quos habitus magis maribus ineſſe quàm feminis in omni animalium genere ſciſcit Ariſtoteles. Ἀθυμότερα τὰ θήλεα πάντα τῶν ἀρρένων, τὰ δ᾽ ἄρρενα ἐναντίως θυμωδέστερά τε καὶ ἀγριώτερα. i.e. *Feminæ quidem omnes minùs quàm mares ſunt animoſæ: mares autem iracundiores & ferociores.* Ergo & hac ingenii parte minùs diverſas eſſe à viris mulieres in locis frigidis conſentaneum eſt. Quod rectè hæc conſequentia procedat, oſtendo. Quæ enim ratio in diverſis animalium naturis facit, ut minùs feminæ à maribus penes mores diſtingui poſſint, cur in diverſis hominum nationibus (licèt omnium eadem naturæ circumſcriptio & ſpecies) non valeat, ut etiam in iis gentibus quæ minùs in genere humano ſunt à natura perfectæ atque, ut ita dicam, perpolitæ, minùs evidentes & conſpi-

uæ habeantur differentiæ illæ morum, uibus feminæ à maſculis diſcerni ſo-ent?

Quòd autem hæc ratio valere de-eat, mecum ſic conſideranti patebit. Dſtendat mihi aliquis morum differen-ias in infantibus, eas quæ à ſexu du-untur. Nonne omnibus eadem inglu-ies, eadem propenſio ad ludum, & iſcurſus, eadem animi attentio ad nu-as, eadem iracundia in eos qui libi-ini eorum obtemperare nolunt? Ne-ue enim hæc marium aut feminarum ropria, ſed utrique ſexui communia x ætatis imbecillitate & naturæ im-erfectione provenientia. Itaque hos nores citra ſexus diſtinctionem in par-ulis notat Auguſtinus lib. 1. cap. 7. c ante illum Ariſtoteles ſectione 10. Quæſtionum natural. problemate 44. Ιάντα καὶ τὰ ἥμερα, ἄγρια γίνονται τὸ ρῶτον μᾶλλον ἢ ἥμερα· οἷον παιδίον ἢ νὴρ, παμφάγον, καὶ τοῦ θυμοῦ ζῶν, ἀλ-ὰ ἀσθενέστερα. *Quapropter omnia etiam lomeſtica principio fera potiùs, quàm do-neſtica eſſe ſolent, ut puer ferocior profe-*

*ctò, quàm vir, quippe qui omnium edax, & iræ deditus ſit, quamquam infirmus.* Hæc, inquam, de parvulis feminis & maribus intelligi debent; quod enim poſtquam παιδίον dixit, comparando ſubdit, ἢ ἀνὴρ, *quàm vir*, hoc non eò pertinet, ut feminas infantes excludat; ſed quia ſic oris humani conſuetudo fert, ut viri nomine & mulier ipſa intelligi debeat in iis quæ ſunt utrique ſexui communia.

Obſervari etiam velim, quàm parùm puellæ & mulieres ruſticæ agreſti morum ruditate & laborum patientia à viris differant: quod & Juvenalis de primis mortalibus qui vitam in ſilvis degebant, notat Satyrâ 6.

*Credo pudicitiam Saturno rege moratam*
*In terris, viſamque diu, cùm frigida parvas*
*Præberet ſpeluncæ domos, ignemque laremque*
*Et pecus & dominos communi clauderet umbra:*
*Sylveſtrem montana torum cùm ſterneret uxor*
*Frondibus & culmo, vicinarumque ferarum*
*Pellibus: haud ſimilis tibi, Cynthia, nec tibi, cujus*
*Turbavit nitidos extinctus paſſer ocellos;*
*Sed potanda ferens infantibus ubera magnis,*
*Et ſæpe horridior glandem ructante marito.*

Quòd autem morum rigor & torvi-

as, quæ hominibus locorum conditio-
e accidit, memoratas ſexuum diffe-
entias, quod ad feritatem & laborum
atientiam attinet, confundat; eorum
eſtimonio qui plagas Polo Arctico ſub-
ectas perluſtrarunt, conſtare poteſt.
bi varias habitare gentes tradunt, adeo
greſtes, feras, belluinas, ut in ultimo
aturæ humanæ receſſu, & confinio
elluinæ poſiti à natura videantur.
Nomina eorum non minùs dictu ab-
ona, Samoiedi, Lappones, qui in Da-
os & Moſcovitas diſtinguuntur, Ki-
oppæi, Nomadum Scythiæ ritu vaga-
undi, Siberienſes, Borandæi, Nort-
egii, Iſlandi, Zemblii. In his, ut ma-
imè belluini Borandæi cenſentur, ani-
oque & corporis figurâ abnormes,
ab hominum integritate remoti, ſic
ud eos moribus, ingenio, figurâ cor-
oris & cultu externo adeò ſimiles vi-
s feminas eſſe referunt, ut prorſus
ſcerni non poſſint, eadem iis oris
eformitas & figuræ confuſio, idem
humi ſtatura membrorum inarti-
ulatorum tumor, idem veſtitus, ea-

dem arma, idem venandi ſtudium, piſcandique, & conſuetudo laborum; ut non malè Plinius de extimis illis gentibus dixerit, has à reliqua hominum natura eſſe avulſas, ac pro immanitate naturæ urgentis illas ſolitudine damnatas.

## CAPUT XVIII.

*Non poſſe homines eodem modo ſe habere per univerſum orbem terrarum; in his monſtra & defectus quoque pertinere ad ordinem Univerſi, oſtenditur.*

HÆc ſi quis attentiùs contemple- tur, nec nimiùm anticipatis opinionibus ſe abripi ſinat, intelliget profectò pertinere ad ordinem Univerſi; ut quædam ab ordine certis in locis mundi recedant, quando ne monſtra quidem & peccata extra omnem eſſe ordinem Philoſophorum certiſſimi

locent. Quo in genere eſſe ἀῤῥενωποὺς feminas virileſque mulieres, quas Homerus ἀντιανείρας vocat, & vice verſa homines γυναικώδεις, mulieores & effeminatos haud dubitem ponere. Quod genus virorum olim viſum in Scythia Herodotus teſtatur, quos gentis illius linguâ ἐναρέας dictos refert. Quod enim eorum mores effeminatos morbo adſcriptos iis immiſſo Uraniæ Veneris irâ, cujus fanum, quod illi Aſcalone Palæſtinæ oppido conſecratum erat, ſpoliaſſent, idem auctor tradit, fabulam puto: tametſi non me latet, inter pœnas viris aliquando inflictas, ἐκθήλυνσιν reperiri in ſacris etiam libris, 2. Regum cap. 3. quo loco David Rex compoſitas in Joabum diras fundit: *Et veniat ſuper caput Joab, & ſuper omnem domum patris ejus;* ( ſupple ſanguis Abner, quem Joab ſceleſtè effuderat) *nec deficiat de domo Joab fluxum ſeminis ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum, & cadens gladio, & indigens pane.* Ubi tenens fuſum pro effeminato, & ad penſa mu-

liebria fatali animi & corporis mollitie
converſo poſitus videtur.

Neque magis, ut talem morbum
credam viris poſſe induci, quo mulie-
rum affectus & mores induant, ac ſe
in mulieres converſos putent, adducat
me Hippocratis auctoritas, qui ei quo-
que morbo obnoxios Scythas tradit;
quamquam longè aliam hujus cauſam
affert: Καὶ τοῦτο τὸ πάθος ὥς μοι δοκέει
γίγνεσθαι φράσω· ὑπὸ τῆς ἱππασίης αὐτέοις
κέδματα λαμβάνει, ἅτε αἰεὶ κρεμαμένων
ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖν ποδοῖν. Et quæ reli-
qua ibi ſequuntur, quæ Latinè ſufficiet
» referre. Ac morbum hunc quâ cauſâ
» accidere putem, expediam: cùm aſſi-
» duè equitent, crura habeant perpetuò
» ex equis pendentia, diuturni inde eos
» articulorum dolores corripiunt, ex qui-
» bus etiam ubi morbus invaluit, claudi
» contractis coxendicibus efficiuntur: ſic
» autem ſibi ipſi medentur. Nempe ini-
» tio morbi utramque retro aures venam
» incidunt, uſque adeoque ſanguinem
» fluere ſinunt, donec eos ſomnus præ
» virium imbecillitate capiat: quo de-

ulſo nonnulli eorum ſani exurgunt,
lii minimè. Hæc eorum curationis ac
terilitatis auctore Hippocrate cauſa
ſt. De qua obiter quid ſentiam, elo-
uar. Quod enim celeberrimus auctor
ominum illorum ſuperſtitionem ex-
lodit, putantium, eam calamitatem ſi-
i divinitus illatam, perlibenter audio.
Quam autem ipſe cauſam ſubſtituit,
on ita. Primùm rem ponit incredibi-
em, venarum earum quæ ſunt retro
ures ſectione potiùs quàm aliarum, ſte-
iles reddi viros: non credo; neque do-
trinam ejus de ſeminis è cerebro per
as venas defluxu ad renes, & inde ad
enitalia, quiſquam vel mediocriter
natomes peritus admittat. Pridem
anc Hippocratis opinionem Ariſto-
eles & alii certiores naturæ interpre-
es falſam eſſe docuerunt. Verùm ut
lemus, earum venarum ſectione viris
ſum Veneris adimi: num continuò
eceſſe mores iis ſic immutari, ut ſui
bliti & ſexus transfugæ, è virorum
aſtris in mulierum partes ordinem-
que tranſeant, muliebribus officiis ſe ſe

reliquo vitæ tempore addicant? Cre
dat qui volet; me non poſſe cujuſquan
auctoritate adduci ut credam, fateo
Quot homines legimus fuiſſe, & vi
dimus nos, ea parte qua viri ſumus
orbatos, penituſque eunuchos, integri
animi generoſitate & fortitudine ni
cedentes? Si mentem quærimus ad ma
gna erectam, & diſciplinarum omnium
capacem, eunuchum fuiſſe dicunt Pha
vorinum, nullo Academicorum Phi
loſophorum ingenii acumine aut eru
ditione inferiorem. Si prudentiam re
bus gerendis parem, nullique regn
imparem volumus, Narſetem profer
factorum gloriâ nullis veterum Impe
ratorum poſtponendum; qui contume
lioſam Imperatoris epiſtolam, quâ ju
bebatur, ut eunuchus, ad colum & pen
ſum redire, quo pacto repercuſſerit
notum ex hiſtoriis. Sed & Daniel Pro
pheta, ſi Hebræorum magiſtris credi
mus, eunuchus fuit, unà cum tribu
aliis pueris in Babylonia ecſectus, u
Regis menſæ adſtaret.

Num igitur hi tali clade in eam

mentiam inciderunt, ut nihil ſe à fe-
inis differre putarent, animumque
irilem cum veſte etiam & cultu om-
i externo exuerent? Multo minùs cre-
am, Scythas illos Veneris indigna-
one, quòd ejus fanum violaſſent, eâ
œnâ affectos. Quid igitur? quod in
elioribus terrarum oris rarò & in
aucis admodum uſuvenit, id ſæpius
in pluribus contingere, naturæ in
xtremis orbis partibus quaſi deficien-
s quodam veterno; ut de Oceano
quem mundi extremum limitem ve-
eres putabant) quidam apud Senecam
iaſoriâ primâ: *Stat immotum mare, &
uaſi deficientis ſuo fine naturæ pigra mo-
s, novæ ac terribiles figuræ, magna etiam
ceano portenta.*

Ex his quid ſequatur, nemo non
idet: ſi enim illis temporibus viri in
cythia animo muliebrem in modum
mbelli atque effeminato naſcebantur;
ur non & mulieres ingentis ſpiritus,
irorumque inſtar ſtrenuæ & pugna-
es? ut hujuſmodi morum ac ſtudio-
um in utroque ſexu perverſitas, in-

felicis habitationis, ut effectus, argu
mentum præbeat. Cæterùm remo
hac locorum conſideratione, hominu
ingenia & mores permutari interdum
ac mulieres viriles, viros muliebr
naſci, Ariſtoteles lib. 2. de Genera
animalium expreſsè his verbis teſta
tur: *Γίνονται γὰρ γυναῖκές τε ἀῤῥενωποὶ*
*καὶ ἄνδρες θηλυκοί.* In quo non video
quid ſit adeo incredibile aut abſurdum
Si enim in animalium corporibus eve
nit interdum naturæ errore, ut qua
dam partes perverſo ſitu poſitæ appa
reant, putà jecur in ſiniſtris, lien i
dextris; cur non itidem eadem ordini
permutatio & perverſitas in virorum
& mulierum moribus & conſtitution
aliquando contingat, ut mulieres viro
rum, viri mulierum partes inter ſ
permutaſſe videantur? Quod ſanè in
Scytharum gente olim accidiſſe to
celebres auctores teſtantur.

## CAPUT XIX.

*trabonis & aliorum dubitationes ſolvuntur.*

HÆc latiùs diſſerere viſum eſt, ne quis minus fidei Amazonum hi-
riæ adhibendum putet, ob illa quæ
iis ſupra mulierum noſtratium ca-
um & conſuetudinem traduntur. Ita
im, ut viſum eſt, Strabo hiſtoriam
ulolitatis & mendacii ſuſpectam ha-
t, quòd multa τερατώδη atque πί-
ως πόῤῥω, portentoſa, & procul à fi-
continear. Sanè portentoſa hæc, ſi
res noſtras conferantur; non tamen
ad naturæ potentiam & univerſi or-
nem: audiamus quid de hujuſmodi
bus peregrinis & extraneis Plinius
cat adverſus iſtos pertinaces, qui ni-
quæ ipſi viderunt, fide digna arbi-
ntur. Adſcribam ejus verba ex cap.
lib. 7. cui titulus eſt de Varietate
ntium. *Quædam tamen non omittenda*

*duco, maximèque longiùs à mari degen-*
*tium, in quibus prodigioſa aliqua & in-*
*credibilia multis viſum iri haud dubit-*
*Quis enim Æthiopas, antequam cernere*
*credidit? aut quid non miraculo eſt, cùm*
*primùm in notitiam venit? Quàm mu-*
*ta fieri non poſſe, priuſquam ſint facta*
*judicantur? naturæ vero rerum vis & ma-*
*jeſtas in omnibus momentis fide caret:*
*quis modò partes ejus ac non totam com-*
*plectatur animo.*

Neque porrò quiſquam in me Pli-
nii judicium retorqueat, quod eo cap-
te inter gentium prodigia Amazonu-
mentionem non fecerit. Cur enim d-
iis nihil, qui Cyclopum atque Læſtr-
gonum humana carne veſcentium in-
manitatem non tacuit? Sed facilè hu-
quæſtioni occurritur: primùm nul-
tanta diligentia, ut poſſit omnia i-
hoc genere perſequi; ſatis eſt ſi præ-
cipua & maximè inſignia tractantur
quo in albo Amazonas Plinius adſcri-
bendas non putavit. Præterea no-
quæcumque in gentium hiſtoriis mi-
randa occurrunt, ſed ea potiſſimu-

æ ad figuram & corporis habitum
rtinent, promittit. Et titulus indicat;
ſcribitur enim id caput, *Gentium mi-
biles figuræ.* Hæc igitur loci Pliniani
ntentia eſt, ſanè tanto viro digna,
turæ potentiam & majeſtatem fide
rere apud eos qui opera ejus, ſingu-
duntaxat & ſeorſum in ſe, non au-
m in toto videre poſſunt: ita enim
nſiderantibus abſona multa & incre-
bilia videri neceſſe eſt, quod ſingu-
rum inter ſe concentum & ordinem
univerſo, præ animi anguſtia perſpi-
re non valent. Idem ſenſit Auguſti-
s lib. I. de ordine, non longè ab
itio, in eos item diſputans, qui ad
uca reſpicientes, providentiam im-
ovidam faciunt. *Sed hoc pacto* (inquit)
*quis tam minutum cerneret, ut in ver-
culato pavimento nihil ultra unius teſ-
læ modulum acies ejus valeret ambire,
tuperaret artificem, velut ordinationis &
mpoſitionis ignarum; eò quòd varieta-
n lapillorum perturbatam putaret, à quo
a emblemata in unius pulchritudinis fa-
m congruentia ſimul cerni colluſtrarique*

*non poſſent. Nihil enim aliud minus er dítis hominibus accidit: qui univerſa rerum coaptationem atque concentum in becilla mente complecti & conſiderare no valentes, ſi quid eos offenderit, quia ſu cogitationi magnum eſt, magnam rebu putant inhærere fœditatem.*

Quæ cenſura in eos etiam valet, qu naturam negant facere poſſe niſi quo ubique facit; quaſi non eorum etian quæ rarò accidunt, & monſtra dicun tur, parens natura ſit. Non enim qua nobis monſtroſa, & naturæ ne ceſſe eſt: nobis quidem deformia, tu pia, monſtroſa videntur, quæ nob apta non ſunt; quia naturæ in his or dinem non videmus. At non ipſi re rum Conditori, qui hæc ſuis locis pa tibuſque mundi & temporibus aptavi Quis igitur negare poteſt, quin gen illud agreſte & indomitum bellicoſa rum mulierum, plagis illis conveniret quas habitaſſe dicuntur? in quibus Ta nais, Boryſthenes, Mæotis, Thermo don tot feroces & inhumanas gent permeant; ubi tigres Hyrcanæ, ub inhoſpital

nhoſpitalis Caucaſus, ubi Pontus no-
nine Euxinus, re Axenos; ubi homi-
ies equorum ſuorum ſanguinem bi-
unt, carnes vorant; ubi & humanas
ui vorarent, olim habitarunt; ubi de-
ique exclusâ meliore mentis huma-
æ luce, cultu, pietate, legibus, extre-
ia regnat barbaries. Verùm ad reli-
uas Strabonis dubitationes pergamus.

## CAPUT XX.

*An ſit incredibile, civitatem ex ſolis mulieribus conſtare.*

SUPRA quidem locum illum reci-
tavimus Strabonis, quo Amazonum
ſtoriam impugnat. Multa autem ibi
acervat miranda & parum fide di-
ia, ut putat in ea hiſtoria, Rheto-
im more: nam plura in eundem con-
ectum adducta, dum eodem quaſi
ationis fluctu volvuntur, vehemen-
ìs animum movere ſolent. Quam-
iam autem varia objici videntur, om-

F

nia tamen ad unum caput redeunt; quòd non poſſit civitas ex ſolis mulieribus conſtare. Rationes quidem quibus id fieri non poſſe exiſtimat, nullas ſubjungit: quò tamen ſpectet admiratio illa, facilè intelligitur, nempe hoc ſenſit, non poſſe ſine conſilio conſtitui civitatem aut conſervari: non eſſe autem genus muliebre conſilii capax, aut magnarum deliberationum pectus præterea iis deeſſe, animique magnitudinem ad bella ſuſcipienda, au repellenda; neque ſi ſuſcipiant, di ſuſtinere poſſe curarum pondus & mo lem negotiorum, cui vix virorum ro buſtiſſimi & generoſiſſimi pares vi deantur. Hoc ſcilicet caput & card eſt illius diſputationis: neque enim aliud apparet validius, quo Amazonu hiſtoria impugnetur.

Ego verò interrogo eos qui Stra bonis partes ſequuntur, an omnin univerſum genus muliebre carere pru dentia exiſtiment; nullam vitæ ratio nem tenere, nullum ſenſum haben aut providentiam rerum agendarum

Si dicant, manifeſtis rebus convincen, tur cæcitatis, qui non videant matronarum omnium curas domeſticas in regenda familia, liberiſque educandis, reique adminiſtratione & cuſtodia; vel impudentiæ & vecordiæ, ſi quod vident, omnibuſque notum confeſſumque eſt, negare audeant. An verò quiſquam tam inſanus eſſe poteſt, ut neget mulieres partem eſſe naturæ humanæ, in eademque cum viris naturâ convenire? Quod ſi negari non poteſt, ſequitur & mulieres eodem rationis munere à Deo eſſe donatas, ac proinde conſilii & prudentiæ eſſe participes, licèt fortaſſe ea laude inferiores viris. Sint ſanè inferiores; non enim nego: quid tum poſtea? ideo-ne nulla civitas, nullum regnum penes mulieres ſolas eſſe poteſt? Si hæc conſequentia recta eſt, ſequitur neque penes viros, niſi quàm paucos, atque in paucis nationibus; quando magna in fortiore etiam ſexu conſtat eſſe diſcrimina ingeniorum. Sanè cùm per omnes propemodum gentes imperent

Reges, omnia ſub Regibus publica mu-nera per viros prudentes & induſtrios obiri in civitatibus ſoleant; hocque re-rum ordine probè regna & civitates ſubſiſtant: an quiſquam dicet, parem eſſe virorum per omnes nationes vim animi, eandem ingenii ſagacitatem, eandem ad omnia quæ agenda ſunt proſpicienda prudentiam? Nonne ut externarum & veterum potiùs rerum exemplis agam, Thebani olim craſſio-ris cœli vitio parùm acuti ingenio in-ter Græcos habebantur, corpore robu-ſti, mente hebetes? Num propterea nulli erant boni apud eos & idonei rei-publicæ cuſtodes & moderatores? Nul-li apud Spartanos, qui comparati At-ticis, rudes propè & barbari videri poſſent. Atqui non modò iis pruden-tia non defuit ad rempublicam tuen-dam, ſed etiam ſuperfuit, ſi potentia in argumentum prudentiæ trahi debet: qui quàm latè in Aſia imperarint, no-tum ex hiſtoriis quibus conſtat, eos diu cum Athenienſibus de Græciæ prin-cipatu certaſſe, ac tandem ſuperio-

res extitiſſe. Ne plura congeram; cùm & in Thracia & in Scythia, aliiſque ſtolidis & efferis gentibus extiterint ſemper qui populis regia poteſtate præeſſent, armiſque & legibus regnum tuerentur: hinc puto intelligi poſſe, nullum uſquam hominum cœtum conventumque eſſe, in quo non ſatis ingenii & prudentiæ reperiatur ad rem communem tuendam. *Eſt enim,* ut Plinius junior epiſtolâ 166. lib. 7. dicit, *in numero quoddam magnum, collatumque conſilium, quibuſque ſingulis judicii parum, omnibus plurimum. Itaque Pomponius Secundus, ſcriptor tragœdiarum, ſi quid fortè familiarior amicus tollendum, ipſe retinendum arbitraretur, dicere ſolebat, Ad populum provoco. Atque ita ex populi vel ſilentio, vel aſſenſu, aut ſuam, aut amici ſententiam ſequebatur.*

Videtur autem Plinius hanc ſententiam mutuatus ab Ariſtotele, qui eandem planè habet in 3. Politic. cap. 11. τοὺς γὰρ πολλοὺς, ὧν ἕκαστός ἐστιν οὐ σπουδαῖος ἀνὴρ, ὅμως ἐνδέχεται συνελθόντας

εἶναι βελτίους ἐκείνων, οὐχ ὡς ἕκαστον, ἀλλ' ὡς σύμπαντας· οἷον τὰ συμφορητὰ δεῖπνα, τῶν ἐκ μιᾶς δαπάνης χορηγηθέντων. πολλῶν γὰρ ὄντων, ἕκαστον μόριον ἔχειν (ſupple δόξειεν ἂν) ἀρετῆς καὶ φρονήσεως, καὶ γίνεσθαι συνελθόντας, ὥσπερ ἕνα ἄνθρωπον τὸ πλῆθος, πολύποδα καὶ πολύχειρα, καὶ πολλὰς ἔχοντα αἰσθήσεις· οὕτω καὶ περὶ τὰ ἤθη καὶ τὴν διάνοιαν. i. e. *Nam ſi plures ſint, quorum unuſquiſque non ſit ſtudioſus, tamen fieri poteſt, ut in unum convenientes, meliores ſint quàm illi, non ut ſinguli, ſed ut omnes; quemadmodum cœna in quam multi ſumptus conferunt, quàm ea in quam unus duntaxat. Nam cùm plures ſint, unuſquiſque partem habet virtutis & prudentiæ, ac fiunt in unum collati, quaſi homo unus qui multos pedes habeat, multaſque manus, ac ſenſus: quæ eadem ratio eſt morum & intelligentiæ.* Sed & eadem extat ſententia apud Homerum Iliad. 5.

Ταῦτα δ' ἅμα χρὴ
Σπεύδειν· αἴ κ' ὄφελός τι γενώμεθα καὶ δύ' ἐόντε
Συμφερτὴ δ' ἀρετὴ πέλει ἀνδρῶν, καὶ μάλα λυγρῶν.

Nec tacuit Herodotus in Thalia, ἐν δὲ τῷ πολλῷ ἔνι τὰ πάντα, *in multitudine omnia inſunt.*

Si ita eſt, ut in virorum alioqui non prudentium neque bonorum turba multùm numerus ipſe & congregatio, animorumque conjunctio valeat ad videndum quid in commune expediat, cur non etiam in altero ſexu? cùm præſertim complures omni in gente ingenio & animi robore præſtantes feminas naſci in confeſſo ſit.

Supereſt illa difficultas; quamobrem ſi olim Amazones regnarunt, nulla ejuſmodi poſtea uſquam terrarum civitas viſa eſt, quæ ſolis feminis conſtaret. Diſcrepat ſanè, & ab ordine quem natura in cunctis operibus ſuis oſtendit, alienum videtur, mulieres poſſe in unam reipublicæ formam ſolas coïre, & revera olim coaluiſſe, idem autem nunquam poſtea abhinc tot ſeculis contingere potuiſſe. Ἡ γὰρ φύσις αἰτία πᾶσι τάξεως, *natura omnibus cauſa ordinis*, inquit Ariſtoteles 8. Phyſicor. In eo autem quod ſemel viſum eſt,

quis ordo fingi poſſit? omnia proinde quæ naturæ lege oriuntur, redire in ortum ſuis temporibus videmus. Idque etiam ex hoc Eccleſiaſtæ effato intelligi poteſt: *Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt. Quid eſt quod factum eſt? quod faciendum eſt.* Quibus verbis declaratur, omnia quæ rationem & fundamentum in natura habent, in orbem certis periodis reverti, ſi non eadem numero, ſaltem ſpecie.

Age & hunc modum ſolvamus. Dicimus, omnium quæ fiunt in univerſo, duplicem ordinem diſtingui poſſe: unum quidem quo natura unumquodque naturalium ſuis temporibus in ortum ſecundùm genera & ſpecies, ex iiſdem principiis adducit, animalia, plantas, & reliqua id genus, atque ſimilium ſubrogatione conſervat. Qui quidem ordo inferior & purè naturalis habendus. Alter ordo eſt ſuperior, eorum quæ in natura quidem rationem habent, non ita tamen cauſis naturalibus hærent, ut communi illo & neceſſario generationum impetu tra-

antur, eò quòd magis propriam in oluntate & providentia Dei rationem abeant. Quo fit, ut neque neceſſariò, eque ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, ut de ſimplici-er naturalibus ſciſcit Ariſtoteles, pro-eniant, ſed rarò vel ſemel, ut Deo iſum eſt. Sic cùm multi à rerum exor-io Reges & Prophetæ extiterint, nul-m tamen in tanto numero Salomo-i Judæorum Regi ingenii capacitate rerum omnium cognitione ſimilem iſſe conſtat; nullus Propheta emer-, qui ad Moſis gloriam aſpiraret: *Et n ſurrexit ultrà Propheta in Iſrael ſicut oſes, quem noſſet Dominus facie ad fa-m.* Eodem ſpectant Scaligeri verba Exerc. 194. ſect. 4. *Duæ namque ſunt uilæ ſolæ in natura rerum, altera belli-laudis, altera literariæ: illa potentiæ, c ſapientiæ: Cæſar & Ariſtoteles. Uni-poëticæ Sireno-Phœnix Virgilius.* Idem nſendum de rebus politicis: nullum quam in terris tale regnum fuit ale Aſſyriorum ſub Nabuchodono-re, nulla reſpublica qualis Romano-m. Nec alia exempla complura ſi

cui perſequi libeat, deſunt.

Sed & Straboni ſcrupulum injiciunt, quæ de Thaleſtriæ Amazonum Reginæ congreſſu cum Alexandro in Hyrcania verſante feruntur : quod ſubducta locorum diſtantiæ ratione negat fieri potuiſſe. Sed non eſt quod quemquam is ſcrupulus moretur, in re non magni momenti, quæ ſi falſa eſſe vel maximè probetur, non quicquam exinde tamen incommodi ſequatur, quo minùs fide digna alia quæ de Amazonibus traduntur, videri debeant. Alioqui nulla non hiſtoriarum monumenta vacillarent ; ſiquidem nullam ferè eſſe conſtat adeò ſinceram, in qua non quædam falſa veris admixta inveniantur.

Nec majus porrò negotium faciunt, quæ ex Ariſtotelis Politicis libris allata ſunt contra imperium & bellicam potentiam feminarum : quæ de naturali & uſitato rerum ordine eſſe accipienda quiſquis non videt, non eſt dignus attingere libros Philoſophorum. Re vera enim ita eſt ordo à natura poſitus

ebus humanis, ut viri mulieribus po-
iùs, quàm mulieres viris præeſſe de-
eant. Quam ſanè naturæ legem per
mnes propè gentes obtinere expe-
ientia docet. Nec tamen minùs expe-
ientiâ eâdem compertum, nihil ne-
ue in hac, neque aliis naturæ parti-
us quæ Lunæ ſubſunt, tam eſſe defi-
itum, conſtans, perpetuum, quod non
uapiam exceptione vacillet. Quod
onſiderans Ariſtoteles, tam ſæpe in
aturæ operibus definiendis formulam
anc, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, *maxima ex parte*,
ſurpat, ne ſemper in omnibus quæ
atura molitur, immutabilem ordinem
atalis neceſſitatis quæramus.

Atque his me, CAROLE CÆSAR,
neam de promiſſa tibi diſſertatione fi-
lem liberaſſe arbitrabar: ſed ecce me
d aliam operam vocas, novumque
njungis laborem, quo nonnulla inſu-
er ad Amazonum hiſtoriam perti-
entia ſubjungam, de Amazonum vi-
delicet cultu, & genere armorum qui-
us in bello uſæ traduntur; tum ea-

rumdem monumentis. Ceu promiſerim tibi, omnia me quæ ad eam gentem, quoquo modo pertinent, explicaturum; aut is ſim, qui libenter ad iſta ævo pæne ſepulta deſcendam, aut ſi maximè velim, ad ullam eorum, qui exquiſitâ veterum monumentorum notitiâ hiſce temporibus florent, & Antiquarii audiunt, laudis partem aſpirare valeam, quem ſcis longè diverſis ſtudiis maximam ætatis partem conſumpſiſſe. Sed quando eam quoque à me operam exigis, conabor equidem, atque hæc quæ petis, ut potero, exponam. Primùm autem de earum cultu & armis.

## CAPUT XXI.

### *De Amazonum cultu.*

NON multa habemus apud auctores de cultu Amazonum: nonnulla tamen ad eam rem pertinentia

ttingit Arrianus lib. 7. de Alexandri
:xpeditione ; ſed breviter admodum,
: generaliter duntaxat, idque ex alio-
um teſtimonio : ita enim ſcribit. Ἐν-
αῦθα λέγουσιν, ὅτι Ἀτροπάτης, ὁ τῆς Μη-
ίας σατράπης γυναῖκας ἑκατὸν αὐτῷ
ῶκε, ταύτας φάσκων τῶν Ἀμαζόνων· καὶ
ὐτὰς σκευὴν ἀνδρῶν ἱππέων ἐσταλμένας,
λήν γε δὴ ὅτι πελεκεῖς ἀντὶ δοράτων
ορέειν, καὶ ἀντὶ ἀσπίδων πέλτας. οἱ δὲ καὶ
μαστὸν λέγουσι, ὅτι μείονα εἶχον τὸν δε-
ιὸν, ὃν δὴ καὶ ἔξω εἶχον ἐν ταῖς μάχαις.
e. *Eo loci dicitur Atropates Mediæ Sa-*
*apa centum ei* ( Alexandro ) *mulieres*
*diſſe, quas Amazones eſſe dicebat, ha-*
*tu virorum equitum ornatas : excepto,*
*ıòd ſecures pro lanceis geſtabant, & pel-*
*s pro ſcutis. Sunt qui dicant eas dextram*
*ammam minorem habuiße, eamque in*
*ælıis exeruiſſe.*

Verumtamen qualis earum cultus
erit, utcumque ex numiſmatis &
iis monumentis cognoſci poteſt ; quo-
m proinde nonnulla χαλκουργικῆς τέ-
νης ingenio expreſſa exhibere viſum

eſt. Habitu quidem virili ornatas ex-hibet iſtud depromptum è theſauro percelebris viri Patini, à Tyatirenis & Smyrnæis conſenſu percuſſum.




pag. 134

Nempe hîc duæ effigies ſpectantur; una quidem mulieris turres vertice ge-ſtantis in veſte ποδήρη, qualis femina-rum : hanc Tyatiræ genium eſſe Pati-nus interpretatur. Altera autem viri armati cum pelta Amazonia & bipen-ni, Smyrnæ ſymbolum; ſub qua late-re Amazonem idem Patinus peltæ & bipennis argumento conjicit. Cæterùm & in aliis nummis Amazonas eodem cultu virili inſignes videre eſt, ut in

hoc Caracallæ, qui in Regia Gaza aſſervatur.




Neque interea deſunt, in quibus Amazones veſte ad talos demiſſa & planè muliebri amictæ ſpectentur, ut in Macrini numiſmate apud Triſtanum. Maximè verò id perſpicuum ex ſtatua Amazonis, quæ in Matthæi palatio viſitur, ad cujus ſimilitudinem expreſſa eſt illa in Cimelio Regio conſpicua, cujus hîc ectypum damus.






Sed & balteo præcinctas fuiſſe liquet ex geſtorum Herculis hiſtoria,

i inter alia ardua injunctum aiunt
 Euryſteo, ut Hippolytæ Amazo-
ım Reginæ balteum referret: quod
ım ea recuſaret tradere, prælio ini-
, interfecta ab Hercule, & balteo
oliata, iiſdem literis memoratur.
æterea cothurnis uſas locus Plutar-
i in Pompeio ſuprà allatus confir-
at, ubi de victoria agitur Romano-
ım, de Iberibus & Albanis reportata,
que rumore, qui tunc percrebuit,
ıòd in eorum barbarorum partibus
mazones pugnaſſent, peltarum & co-
ıurnorum in ſtrage repertorum argu-
ıento.

## CAPUT XXII.

### *)e conſuetudine mammam dextram adimendi puellis apud Amazones.*

AD eundem Amazonum cultum quodammodo pertinet illa quæ
ɔud eas obtinuiſſe dicitur, mammam
:xtram teneris virginibus exurendi

vel exerendi conſuetudo. Neque eni
utrùm ſit verum, convenit inter au
ctores. Alii nullam iis dexteram mam
mam, alii minorem tantùm fuiſſe tra
dunt. Priorem opinionem ſecutus e
Hippocrates in lib. de Aëre, Loc. A
his verbis: Τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχου
σι· παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις αἱ μητέρ
χάλκεον τετεχνημένον, ἢ ἐπ᾽ αὐτῷ τουτέ
διάπυρον ποιέουσαι, πρὸς τὸν μαζὸν τιθέα
τὸν δεξιὸν, καὶ ἐπικαίεται, ὥστε τὴν αὔξησ
φθείρεσθαι, ἐς δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον καὶ βραχίον
πᾶσαν τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πλῆθος ἐκδιδόνα
i. e. *Dexteram autem mammam non ha
bent: nam puellis adhuc infantibus matre
æreo inſtrumento in hunc uſum parato
igneque candefacto eam auferunt atqu
exurunt, ne iterum ſuccreſcere contingat
atque ut omnis vis ac robur in dextrum
humerum & brachium deferatur.* Hippo
crati ſubſcribit Ptolemæus lib. 2. d
Aſtrorum Judiciis, ubi etiam luculen
tum Amazonum fortitudinis teſtimo
nium reddit. Inſignis hic locus eſt a
illam quoque diſputationem pertinens
quam ſuprà de cauſis inuſitati earum

minarum roboris & audaciæ habeba-
ıs , omnino proinde adſcribendus:
ὶ τούτων καὶ πάλιν οἱ μὲν περὶ τὴν Φρυγίαν
Βιθυνίαν καὶ Κολχικὴν συνοικειοῦνται,
ᾶλλον τῷ ♋ καὶ ☾. διόπερ οἱ μὲν ἄν-
ες ὡς ἐπίπαν εἰσὶν εὐλαβεῖς καὶ ὑποτακ-
οὶ, τῶν δὲ γυναικῶν αἱ πλεῖσται διὰ τὸ
☾ ἀνατολικὸν, καὶ ἠῤῥενωμένον σχῆμα
νδροι καὶ ἀρχικαὶ καὶ πολεμικαὶ καθά-
αἱ Ἀμαζόνες, φεύγουσαι μὲν τὰς ἀν-
ῶν συνουσίας, φίλοπλοι δὲ οὖσαι, καὶ ἀῤ-
οποιοῦσαι τὸ θῆλυ ἀπὸ βρέφους, ἀποκοπῇ
δεξιῶν μαστῶν, χάριν τῶν στρατιωτικῶν
ήσεων, καὶ ἀπογυμνοῦσαι ταῦτα τὰ μέρη
ὰ τὰς παρατάξεις, ὡς ἐπιδείκνυσθαι τὸ ἀ-
λυτον τῆς φύσεως. i. e. *Atque horum*
*ſus qui Phrygiam, Bithyniam & Col-*
*idem incolunt, majorem habent cogna-*
*nem cum Cancro & & Luna. Quo fit*
*viri ferè omnes ſint timidi, & aliis*
*edientes: contrà mulierum plurimæ pro-*
*r Lunæ aſcendens, & maſculam confi-*
*rationem, viriles ſint, imperioſæ, bella-*
*ces; ut Amazones, quæ virorum con-*
*ſſum fugiunt, armis deditæ ſunt, femi-*
*ſque ab infantia commaſculant, iis mam-*

*mam dextram præcidentes ad uſus mili*
*res; atque eas partes ob bellica opera n*
*dantes, ut naturæ vim minimè effemin*
*tam oſtendant.* His & Juſtinus ſuffrag
tor accedit lib. 2. ubi de Amazonu
origine & inſtitutis: *Virgines in eun*
*dem ipſis morem, non otio neque lanific*
*ſed armis, equis, venationibus exerceban*
*inuſtis infantium dexterioribus mammi*
*ne ſagittarum jactus impediretur: un*
*Amazones dictæ ſunt.* Euſtathius ad Di
nyſii Περιήγησιν: Επεκαίοντο βρεφόθεν
δεξιὸν μαζὸν, ὡς ἂν μὴ ἐπικωλύῃ τ
τοξείαν. *Dextra iis mamma ab infant*
*inurebatur, ne impedimento eſſet arcu ute*
*tibus.* Accedit Iſidorus Originum li
9. cap. 2. *Amazones dictæ ſunt, ſeu quò*
*ſimul viverent ſine viris, quaſi* ἅμα ζ
σαι: *ſive quòd aduſtis dexterioribus mam*
*mis eſſent, ne ſagittarum jactus impedi*
*retur.*

Nec Cardanum, quin hoc fieret
dubitaſſe, cùm verba hæc indicant i
Commentario ejus ad eum locum Hip
pocratis. *Refert* (inquit) *uſum quem con*
*ſtat fuiſſe Amazonum; nunc autem mu*

*res Tartarorum non hæc agunt.* Tum ia nulla ejuſdem ibi apparet de hac diſceptatio, aut quæſtio; quoquidem endéret aliquem eſſe dubitandi lom. Immo ut in re comperta ad ipn mammæ reſectionem ſtatim tran-, & de conditionibus circa eam, ut ctè fiat, obſervandis fusè diſputat; primùm qua ætate commodiùs ac iùs inſtituatur, quærit: *Et principio idem* (inquit) *inſtituemus quæſtionem ſectione mammæ, qua ætate magis conniat. Jam inclinante ætate certum eſt iculoſiorem eſſe, & cùm creverint. At bium eſt an ab ipſo ortu ſtatim, an poſt ucos dies, ac cùm jam prope ſeptimum num fuèrint. Et certè hoc aliud eſt quàm ibulare aut circumcidere puerum: ad mmas enim venæ ſatis magnæ & multæ deunt, & quanto majores extiterint, ſed rvi pauci & tenues, & arteriæ ſimili-, eoque magis in puellulis, ut auctor Veſalius lib. 5. cap. 68 figur. 25. ubi am docet, multas in adultis eſſe carnes ndoſas, ſed in puellis paucas. E regione nen papillæ eſt glans ſatis magna, in*

*cujus ambitu ſunt multæ aliæ minores : nervus major eſt è Septimo pari ſpin medullæ in intervallo quartæ coſtæ ; ut c tè tanta inciſio non ſine incommodo fi ablatis tot glandibus, venis, nervis, ar riis amplius ſpatium etiam occupantib Quia tamen non ſunt membra neceſſa vitæ, nec nervi, nec vaſa valde ampl & omnia externa, & non adſunt muſc li, & locus abundat carne, nec eſt è gione membri principalis, ideo vacat qu periculo hæc operatio.*

Tandem concludit, tenellis poti & puellulis quàm adultis, nempe po initium octavi anni cum minore fie potuiſſe periculo: quo tempore min obnoxium eſſe corpus convulſioni ce ſet. Modum autem adminiſtrandæ ſ ctionis hunc tradit: *Debet vinciri ſtric mamma conſtringendo priùs per mome tum ſolum, ne locus inflammetur; na dolor augeretur: & pòſt abſcindi & exur ne ſanguis erumpat ex vaſis, & ut ner effugiant periculum convulſionis, & om incrementum partis prorſus tollatur.* Quo demum χαλκέῳ πεπυρωμένῳ, hoc eſt

eo inſtrumento, matres uti ſolitas
ıtat Hippocrates, id non fruſtra ap-
ſitum cenſet Cardanus: non enim
ia carerent ferro, ſed quia æs cùm
calidum, non movet convulſionem,
lut ferrum; tum etiam quia, ut Phi-
ſophus docet, vulnera ære illata ci-
ıs ſaneſcunt.
Hactenus Cardanus, cujus ex diſpu-
ione patet, ejus ſententia, ſi cui
ellæ mamma ſit ferro vel æreo gla-
o eximenda, non priùs id tentari de-
re, quàm annum ætatis octavum at-
gerit. Quam ſanè ætatem agentibus,
ondum ullum mammarum tumorem
t incrementum apparere conſtat.
uomodo igitur tunc conſtringi mam-
a, aut ſtrictè conſtringi poſſit, quæ
ondum eſt, niſi, ut Philoſophi lo-
uuntur, in potentia? Mihi rationi
agis conſentaneum videretur, ſi ad
uſmodi operationem tentandam ex-
ectaretur ætas, quâ mammæ puellis
roriare ſolent; in quibus ea omnia
uæ præcipit Cardanus, locum habe-
nt, *νηπίοις* verò, hoc eſt, infantibus

pectus candente inſtrumento aduri
quicquid dicat Hippocrates, grave
periculoſum, propter convulſiones qu
bus tenella infantium corpora ob ne
vorum infirmitatem magis obnoxia.

Quidni igitur eorum potiùs teſt
monium amplectamur, qui non pro
ſus nullam, ſed μείονα, hoc eſt, m
norem Amazonibus mammam fuiſſ
dextram cenſent, ut ſuprà ex Arrian
recitabamus; cùm præſertim Virgiliu
huic opinioni haud obſcurè accedat
in primo quidem Æneidos Partheſ
leam pictam in tabula exhibet, mam
mâ exertâ pugnantem, verſibus ſupr
allatis:

*Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis*
*Penthesilea furens, mediiſque in millibus ardet,*
*Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.*

Et libro ejuſdem operis II. ubi de Ca
millæ clade, quam, ut dictum eſt, ubi
que in ſpeciem Amazonis format:

*Haſta ſub exertam donec perlata papillam*
*Hæſit, virgineumque altè bibit acta cruorem.*

Non enim opinor, exertam Amazo
nis mammam diceret, quæ nulla eſſet

null

ulla enim, ſi olim infanti aut puellæ
dempta. Neque audiendus Servius,
ui eo loco mammam exertam expo-
it nudatam; quaſi quæ non eſt pars
ı corpore, nudari poſſet. Adde his
Quintum Smyrnæum, qui pugnam
mazonum deſcribens lib. I. Παραλει-
ομένων Homeri, quamdam facit ada-
tâ ſecundùm dextram mammam ha-
â occumbere:

Ἰδομενεὺς δ' Βρέμουσαν ἀνήρατο δούρατι μακρῷ
Δεξιτερὸν παρὰ μαζόν.

rgo iſta habuit dextram mammam;
cur non cæteræ omnes? His aliquis
rtaſſe adduci poſſit, ut in eorum po-
ùs ſententiam concedat, qui non
lemptam atroci cruciatu & tanto pe-
culo eam partem puellis, ſed prohi-
tum medicamentis & vinculis ejus
icrementum cenſent. Quo pacto olim
nciri ſolitum virginibus Atticis pe-
us refert Terentius, Eunucho; ut gra-
les fierent: quo loco quemdam indu-
t ſic loquentem:

*Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtra-*
*rum, quas matres ſtudent*

*Demiſſis humeris eſſe vincto pectore, u*
*graciles ſient.*

Id autem fieri potuit, partim vinculis & faſciis, partim medicamentis, quibus Medici aliàs σφριγῶντας μαζοὺ coërcent. Quem ad uſum cotem Naxiam commendat Galenus lib. de Simplic. Medicament. facultatibus. Τό γε μὴν τῆς Ναξίας ἀκόνης ἀπόξυσμα καὶ τιτθοὺς παρθένων κωλύει πρὸς ὥρας ἐμφυσᾶσθαι, καὶ παίδων ὄρχεις, ὡς μετέχον δηλονότι καὶ ψυκτικῆς δυνάμεως. i. e. *Cotis Naxiæ ramentum mammas virginibus ſuo tempore prohibet tumeſcere, & puerorum teſtes, utpote quæ refrigerandi facultatis ſi particeps.* Neque aliter ſanè loci anguſtia & ſpatium creſcenti corpori denegatum, una è cauſis cenſetur, quæ incrementum prohibent; quod catellorum exemplo declarat Philoſophus ſect. 10. Quæſt. Natural. problem. 14 Δύο δὴ τὰ αἴτια. ἢ γὰρ ὁ τόπος, ἢ ἡ τροφή. ὁ μὲν οὖν τόπος, ἐὰν ᾖ στενός· ἡ δὲ τροφὴ, ἐὰν ᾖ ὀλίγη. ὥσπερ καὶ ἤδη γεγενημένων πειρῶνται μικροὺς ποιεῖν· οἷον οἱ τὰ κυνίδια τρέφοντες ἐν τοῖς ὀρτυγοτροφίοις. *Cauſa*

*duplex ſanè reddi poteſt* (ſupple prohibiti incrementi.) *Aut enim locus, aut alimentum. Locus, ſi anguſtus eſt; alimentum, ſi exiguum. Quod etiam partu jam edito nonnulli efficere conantur, ut qui catellos in coturnicum caveolis incluſos educant.* Quid ſi Amazonum genti naturaliter mamma dextra minor fuit, læva plenior & muliebris? ut de Androgynis Plinius ex Ariſtotele refert lib. 7. cap. 1. *Androgynos eſſe utriuſque naturæ inter ſe vicibus coëuntes Calliphanes tradit. Ariſtoteles adjicit, dextram mammam iis virilem, lævam muliebrem eſſe.* Nam profectò Amazones Androgynorum genus eſſe videntur, hoc ſolo diſcrimine, quod utramque velut illi naturam non habent: cætera mediæ inter viros & mulieres fuiſſe videntur; inter viros, mulieres, viri inter mulieres, quales feminas Ariſtoteles ἀῤῥενωποὺς vocat.

## CAPUT XXIII.

### *Quo fine mammæ dextræ incrementum prohiberent Amazones.*

DE cauſa etiam, propter quam Amazones mammæ dextræ incrementum in puellis prohiberent, diſſentiunt auctores. Juſtinus namque, Iſidorus & Euſtathius ſuprà laudati eâ causâ id factum cenſent, quòd vererentur, ne ſi dextri lateris mamma ad juſtam magnitudinem excreſceret, nervo ſagittas excutientibus impedimento eſſet. Quippe in ea actione in tantum nervum arcus adduci oportebat, ut mammam dextram tangeret, eo modo quem deſcribit Maro in undecimo:

*Dixit, & aurata volucrem Threiſſa ſagittam*
*Depromit pharetra, cornuque infenſa tetendit,*
*Et duxit longè, donec curvata coirent*
*Inter ſe capita, & manibus jam tangeret æquis,*
*Læva aciem ferri, dextra nervoque papillam.*

Sed ſi hæc ratio valet, non ſolas Amazones unimammas, ut Titiani utar

vocabulo, eſſe oportuit; ſed & virgines Tyrias, quibus olim mos pharetram geſtare, ut dicitur in primo Æneidos; tum etiam comites Dianæ Nymphas ſagittis in feras utentes; quas miror nuſquam dextrâ mammâ carentes fingi à Poëtis. Nam neque Maro ipſe talem Opim depingit, quam verſibus allatis dicit nervo adducto mamillam dextram tetigiſſe. Multò probabilior eſt, quam affert Hippocrates citato loco, ut ſcilicet alimentum quod in mammam dextram abiturum eſſet, eâ ademptâ totum ad brachii propinqui nutritionem converteretur, unde illi majus robur accederet. Quemadmodum & Galenus explicat in commentario ad Aphoriſmum 43. ſect. 7. his verbis: Εἴπερ γὰρ ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ διὰ ῥώμην τὴν κατὰ τὰ νεῦρα, καὶ τοὺς μῦς δυνάμεως ἄνδρες τινὲς χρῶνται, δεόντως οὐδεμία γυνὴ χρήσεται, ἥγε ἀγαπητόν ἐστι τῇ δεξιᾷ μόνῃ χρῆσθαι μετρίως. τὰς γοῦν Ἀμαζονίδας αὐτός φησιν ἐπικαίειν τὸν δεξιὸν τιτθὸν, ἵνα εἰς τὴν πλησίον χεῖρα πλείονος τροφῆς ἀφικνουμένης,

εὐεργσία τις αὐτῇ προσγίνηται, ὡς τῇ φύσει γε, καὶ ταύτης ὑπαρχούσης ἀσθενοῦς. i. e. *Nam ſi propter nervorum & lacertorum robur, pauci quidam viri ambabus utuntur manibus; par certè fuerit, mulierem non uti: cui abunde eſt, ſi ſola dextra utatur modicè. Siquidem Amazonidas ipſe dixit, mammam ſibi dextram adurere, ut copioſiore alimento ad propinquam manum perveniente, major ipſi firmitas accedat, tanquam naturâ infirmæ ac debili.* Aphoriſmus autem ad quem hoc notat Galenus, eſt ejuſmodi: Γυνὴ ἀμφιδέξιος οὐ γίνεται. *Mulier ambidextra non naſcitur.* Quo ſignificat Galenus, tantùm abeſſe ut cuiquam mulieri contingat utramque habere manum ſatis validam, ut vix dextra earum ulla ſatis robuſta utatur. Adeò ut ne ipſæ quidem Amazones naturâ æquè validam ac viri dextram obtinuerint. Quem naturæ defectum ſupplebant mammæ dexteræ inuſtione, uberiore alimento & viribus in brachium dextrum converſis. Verùm neque hæc cauſa ſatis idonea, meo quidem judicio, propter quam mammâ

lterâ Amazones privari vellent: quippe quas aliunde non modò dextra manu, ſed reliquo etiam corpore robuſtiores, ob cauſas ſuprà allatas fuiſſe conſtet.

Cæterùm ut moribus Amazonum, omni ope matres ſtudebant puellas robuſtas ac viriles reddere: ſic vice verſa maſculam prolem, ſi qua ipſis naſceretur, debilitare ſolebant, luxantes membra infantibus; cujus & Hippocrates barbaræ conſuetudinis meminit in libro περὶ ἄρθρων: tametſi id an ſit verè proditum, ſe ſe ignorare fatetur. Μυθολογέουσι δέ τινες, ὅτι αἱ Ἀμαζονίδες τὸ ἄρσεν γένος τὸ ἑωυτέων, αὐτίκα νήπιον ἐὸν, ἐξαρθρέουσιν· αἱ μὲν κατὰ γούνατα· αἱ δὲ κατὰ ἰσχία, ὡς δῆθεν χωλὰ γίνοιτο, καὶ μὴ ἐπιβουλεύοι τὸ ἄρρεν γένος τῷ θήλει. χειρώναξιν ἄρα τούτοισι χρέονται, ὁκόσα ἢ σκυτίης ἔργα, ἢ χαλκείης, ἢ ἄλλο τι ἑδραῖον ἔργον. εἰ μὲν οὖν ἀληθέα ταῦτά ἐστιν, ἐγὼ οὐκ οἶδα. i.e. *Cæterùm quidam narrant Amazones maſculam ſuam ſobolem, ſtatim dum infantes ſunt, luxare, alias circa genua, alias circa coxas, quo nimirum claudi*

*ſiant, & maſculinum genus femineo inſi-dias non ſtruat. Utuntur itaque his pro opificibus, ad coriaria & fabrilia, aut alia ſedentaria opera. Quæ an vera ſint, equidem neſcio.*

Ut ut ſit, hinc adagium Græcis natum conſtat, ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, *Venerem optimè claudus exercet.* Quòd Amazones claudis illis quos fecerant, non ad opificia tantùm, ſed etiam ad generandi officium uterentur. Eraſmus chiliad. 2. cent. 9. adagium iſtud explicans: *Amazonum* (inquit) *apophthegmate natum aiunt.* Tradunt, morem Amazonibus fuiſſe quondam, ut pueros maſculos detortâ tibiâ coxâve claudos efficerent. Porrò cùm bellum eſſet illis adverſus Scythas, atque illi eas conarentur illicere, ut ad ſe ſe deſciſcerent, dicentes futurum ut poſthac non cum claudis ac mutilis, ſed cum integris viris rem haberent, Antianira Amazonum dux reſpondit ad hunc modum: ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ, *optimè claudus venerem exercet.* Extat hoc proverbium apud Athenæum lib. 13. in quemdam:

-ντως γὰρ χωλὸς οἰφᾷ. Hujus, ut obiter dicam, rationem reddit Ariſtoteles in 4. ſect. Quæſt. natural. his verbis: Οἱ ὄρνιθες λάγνοι καὶ οἱ χωλοί. ἡ γὰρ τροφὴ ἀμφοτέροις, κάτω μὲν ὀλίγη, διὰ τὴν ἀναπηρίαν τῶν σκελῶν· εἰς δὲ τὸν ἄνω τόπον ἔρχεται, καὶ εἰς σπέρμα συγκρίνεται. *Solent aves & claudi homines eſſe libidinoſi hac cauſa; quia alimentum utriſque deorſum quidem exiguum convertitur, propter vitium cruris: in ſublime verò affatim effertur, atque in ſemen contribuitur.* Eadem hujus ſententia lib. 3. de Gener. anim. cap. 1. ubi de animalium quorumdam ſalacitate: Ἔτι δὲ καὶ ἡ τῶν σκελῶν λεπτότης καὶ ἀσθένεια συμβάλλεται πρὸς τὸ τὴν φύσιν τῶν τοιούτων ὀχευτικὴν εἶναι καὶ πολύγονον, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων. ἡ γὰρ εἰς τὰ κῶλα τροφὴ τρέπεται τοῖς τοιούτοις εἰς περίττωμα σπερματικόν. i. e. *Quin & tenuitas ac imbecillitas crurium facit, ut eorum natura & ſalacior ſit, & fecundior: quo modo & hominibus evenit. Alimentum enim quod crura ſubiret, in ſeminale excrementum transfertur.* Sed hæc obiter. Alii tamen non crure aut aliis

membris multatos mares domi aluiſſe Amazonas dicunt, ſed occidiſſe; unde iis nomen *Æorpata* inditum fuerit, teſte Herodoto, ut ſuprà dictum eſt. Quidam illæſos ſtatim patribus educandos miſiſſe.

## CAPUT XXIV.

### *De Amazonum armis.*

CONSEQUENS eſt ut de armis Amazonum dicamus; in quibus non paucas eſſe difficultates præſens diſputatio oſtendet. Jam quidem ſuprà Arriani verba adſcripſimus, quibus has equitum ritu armatas prodiiſſe in bellum refert. Quin primas omnium auſas equum conſcendere, atque hoſtes alienis pedibus inſequi, aut fugere, Orator Lyſias teſtatur in funebri oratione *εἰς τοὺς τῶν Κορινθίων βοηθοὺς*, primas armis ferreis corpus texiſſe: *Ἀμαζόνες γὰρ Ἄρεος μὲν τὸ παλαιὸν ἦσαν θυγατέρες. οἰκοῦσαι δὲ παρὰ τὸν Θερμώδοντα*

οταμὸν, μόναι μὲ ὡπλισμέναι σιδήρῳ τῶν
ερὶ αὐτάς· πρῶται δὲ τῶν πάντων ἐφ᾽ ἵπποις
ναβᾶσαι, οἷς ἀνελπίστως δι᾽ ἀπειρίαν τῶν
ναντίων, ᾕρουν μὲν τοὺς φεύγοντας ἀπέλι-
ον δὲ τοὺς διώκοντας. i. e. *Etenim Ama-
ones ab antiqua origine Martis filiæ erant.
uxta autem amnem Thermodonta habi-
bant, ſolæ omnium illius temporis fer-
armatæ. Primæ etiam omnium, equis
nſcenſis hoſtes fugientes præter ſpem, &
ipſorum imperitiam, interficiebant: qui
utem perſequebantur, eos curſu longè
oſt ſe relinquebant.* Quibus autem ar-
nis uterentur cùm ad corpus munien-
um, tum ád hoſtes feriendos, decla-
at Quintus Smyrnæus in 1. Paralip.
ed & Hippocrates, qui præter equos,
gittas iis tribuit & haſtas, dum ſic de
s ſcribit in lib. de Aëre, Locis, Aqu.
πάζονταί τε καὶ τοξεύουσι καὶ ἀκοντίζουσι
ὸ τῶν ἵππων. *Equitantque, & arcu ſagittas
cutiunt, ac haſtas manu torquent.*

Bipennibus præterea metuendas fuiſ-
conſtat: immo telum iis maximè
oprium fuit ſecuris, quam propterea
mazoniam Horatius vocat in Ode

divina de laudibus Druſi:

*Videre Rhæti bella ſub Alpibus*
*Druſum gerentem, & Vindelici quibus*
*Mos unde deductus per omne*
*Tempus Amazonia ſecuri,*
*Dextras obarmet quærere diſtuli,*
*Nec ſcire fas eſt omnia.*

Ubi admiratur barbaros Alpium incolas ſecuri in bello uſos fuiſſe, quæ Amazonum propria eſſet. Quin à Pentheſilea Amazone ſecurim fuiſſe inventam refert Plinius lib. 7. cap. 56. Et quem ad uſum, niſi ad diminuenda hoſtium capita? Sed & Maro ſecuri & haſtilibus armatam inducit Camillam ſuam in undecimo, cui ubique habitum imponit Amazonis:

*Et nunc lenta manu ſpargens haſtilia denſat,*
*Nunc validam dextra rapit indefeſſa bipennem.*

Tum de comitibus:

*At circùm lectæ comites, Lavinaque virgo,*
*Tullaque, & æratam quatiens Tarpeia ſecurim.*

Quòd autem has iiſdem telis quibus Amazones inſtruat, ſequentes verſus declarant:

*Quales Threïciæ cùm flumina Thermodontis*
*Pulſant, & pictis bellantur Amazones armis,*
*Seu circum Hippolyten, &c.*

Ubi difficultas quidem oritur non mediocris ex verbis Arriani loco ſuprà allato, quibus Amazones ſecures vice haſtarum geſſiſſe teſtatur : πλὴν δὴ ὅτι πελέκεις ἀντὶ δοράτων ἐφόρεσαν. Si enim haſtarum loco ſecures ferebant, ſequitur non fuiſſe his haſtas in uſu ad pugnandum. Atqui Quintus Smyrnæus lib. 2. Paralipom. irruentem Pentheſileam, atque haſtâ vulnus Podarci infligentem inducit:

Τῆς δ' ἄρα Πενθεσίλεια χολώσατο, καὶ ῥα Ποδάρκεα
Οὔτασεν ἐς μυῶνα παχὺν περιμήκεϊ δουρὶ,
Χειρὸς δεξιτερῆς.

*Hujus causâ Pentheſilea irâ exarſit, & Podarci vulnus inflixit prælongâ haſtâ in craſſum manus dextræ muſculum.* Et verſibus modò allatis Maro haſtilia ſuæ Amazoni aſſignat; & infrà eodem libro hanc ipſam facinora haſtâ edentem inducit:

*His addit Amaſtrum*
*Hippotadem, ſequiturque incumbens eminus haſta,*
*Tereaque, Harpalicumque, & Demophoonta, Chromimque,*
*Quotque emiſſa manu contorſit ſpicula virgo,*
*Tot Phrygii cecidere viri.*

Sed & Hippocrates verbis ſuprà allatis dum ἀκοντίζειν eas dicit, iis ἀκόντια, hoc eſt, *jacula*, tribuit. Jaculum autem dicitur, telum quod manu jacitur. Telum miſſile vocat Mezentius 10. Æneid.

*Dextra mihi Deus, & telum quod miſſile libro,*
*Nunc adſint.*

Certè Xenophon lib. 5. ἀναβάσεως, in telorum numero quæ manu mittuntur, λόγχην, hoc eſt, lanceam ſive haſtam ponit: Καὶ τὰ βέλη ὁμόσε ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. Haſta proinde idem quod jaculum, utpote quâ intortâ hoſtem eminus ferirent; ut locis innumeris Homeri & Virgilii aliorumque veterum Poëtarum probari poteſt. Idem & Luciani teſtimonio confirmare licet, qui in dialogo εἰκόνες, *imagines*, inter laudatiſſima Phidiæ opera ponit τὴν Ἀμαζόνα ἐπερειδομένην τοῦ δορατίου, *Amazonem quæ haſtæ innititur*. Inſuper Hadriani Imperatoris epigrammate de pugna Amazonum:

*'t belli ſonuere tubæ, violenta peremit*
*Hippolyte Theutranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce:*
*)ebalon enſe, Clonon jaculo, Theutranta ſagitta.*

d & ærea monumenta, hoc eſt, nu-
ſmata, contra Arrianum teſtimo-
ım dicunt, in quibus Amazones
preſſæ cum haſtis & bipennibus aut
lta, ut in Caracallæ nummo, quem
Cl. Patinus in Theſauro exhibet.





)uæ cùm manifeſta ſint, neque ne-
ıri ullo modo poſſint, non video
ıo patrocinio Arrianum defendam.

Plurimùm tamen ſecuri uſas Amazo-
nes, & ſæpius quàm haſtis, certum
eſt: equis enim celerrimis invectæ in
hoſtes, cominus ſecuribus rem age-
bant; & ſi major vis ingrueret, quàm
ferre poſſent, eâdem equorum celeri-
tate ſalutem expediebant, & fugien-
tes, Parthorum more tela retro arcu
in perſequentes mittebant. Quo ſpe-
ctare videtur exprobratio illa Liguris
ad Camillam Volſcorum Amazonem
apud doctiſſimum Poëtarum libro II.
Æneidos:

*Quid tam egregium ſi femina forti*
*Fidis equo, dimitte fugam, & te cominus æquo*
*Mecum crede ſolo, pugnæque accinge pedeſtri.*

Ac de Amazonia ſecuri ſatis, niſi
fallor, ex his conſtare poteſt; niſi ſi
quis hujus figuram inſuper ſibi ob ocu-
los poni exoptet: in quo nulla eſt dif-
ficultas, cùm paſſim nummos in eru-
ditorum Muſeis bipennis Amazoniæ
figuram exhibentes tractare liceat. Ho-
rum igitur aliquot, eorum gratiâ qui
monumentis delectantur, proferre

aud gravabor. Ac primùm hunc è
Iuſeo Petri Seguini, viri eruditiſſi-
i, & in omnis antiquitatis inveſti-
ıtione atque explicatione perquam
gacis & induſtrii.




imirum convenit hanc eſſe effigiem
nyrnæ Amazonis, quæ nomen ur-
dedit; quemadmodum partis aver-
inſcriptio indicat. Et ſunt alia com-
ıra ejuſmodi numiſmata, in quibus
riter bipennis eminens poſt tergum
nazonis ſpectatur. Addam igitur,
iſtud è gaza literaria Amici noſtri,
ore parte Amazonis caput cum bi-
nni præferens, poſteriore navis ro-

ſtrum, maritimæ, ut conjicere eſt urbis ſymbolum.




Eadem bipennis conſpicua & in ho veterrimæ fabricæ, cujus nobis ecty pum miſit eximiæ vir eruditionis An dreas Morellius Helvetus, in deli neandis autem nummorum ſculpturi manu ad miraculum prompta & feli ci: ideo unus à Ludovico Magno in ter omnes electus, qui regiæ opulen tiæ numiſmata manu illa docta expri mat. Hanc enim bipennem eſſe A mazonis, quæ Thyatiræ urbi nomen dedit, apparet ex aliis Thyatirenorum nummis infrà ponendis.




Inſigne & iſtud numiſma, adverſa
te Neronis caput, poſteriore bi-
nnis Amazoniæ effigiem exhibens,
iiſdem Thyatirenis percuſſum.




His accedat Reginæ Amazonum bi-
nnem tenentis effigies elegans ex
annis Angeli Caninii Iconographia.

Tametſi in hac paulum variat bipe-
nis forma, ſive opificis inſcitia, ſi-
injuria potiùs vetuſtatis hanc variet-
tem attulit.



c vero bipennis bellico tantùm A-
zonum uſu celebris apud antiquos
; quod numiſmata allata manife-
imè oſtendunt, ſed etiam religioſa
ancta, conſecrato Jovis ſimulacro
rim in manu habente; unde Jovis
radei, hoc eſt, ſecuriferi, religio,
nine inde invento, quia Lydi ſe-
m λάϐρυν vocant. Hanc autem ſe-
m Hippolytes Amazonum Regi-
fuiſſe dicunt: hujus namque victæ
iis potitus Hercules, ſecurim quâ
nabat, dono Omphale Lydorum
inæ dedit; hæc ſucceſſoribus cum
io poſſidendam reliquit: tantâ A-
onis veneratione, ut non ſolùm
religiosè velut ſacrum imperii
ſitum & pignus cuſtodirent, ſed
n honoris causâ, ut regium in-
e geſtarent; iſque mos uſque ad
daulem duravit, qui onus aſper-
s, eandem ferendam uni ex fami-
bus dedit. Tandem verò Candau-
xtincto Gyges hanc ipſam ſecurim
us, detulit in Cariam, ubi tem-
Jovi conſtructo in urbe Mylaſa,

ſecurim eâdem operâ conſecravit, ſi-
mulacro ita compoſito, ut Deus Am
zonia ſecuri pro fulmine armatus ſp
ctaretur: unde illi, ut dixi, Labrad
cognomen inditum fuit. Extat hiſt
ria apud Plutarchum in eo comme
tario qui eſt inſcriptus Ἑλληνικά. E
autem hujuſmodi effigies Jovis Labr
dei in nummo Seguini.




Sunt tamen qui in hoc nummo ſec
rim non ſatis accuratè expreſſam ce
ſent, oſtenditque ectypum ejuſdem
V. Cl. Morellio propoſitum, in q

dens bipenni junctus eſt, hoc modo.




: autem tridens telum haſtæ inſtar
longum, quale Neptuno Mythologi
ɔuunt. Quo fit ut ſecuris manubrium
npetentis ſibi magnitudinis modum
ıgè excedere videatur, propterea
ɔd huic trifida haſta in ejuſdem tra-
m longitudinis coaluit. Quod ne-
ni mirum videri debet, cùm in San-
: Genovefæ Cimelio nummus una
te eandem mixti bipenni tridentis

effigiem, alterâ Auguſti caput præfera



Verùm tamen & bipennis ipſius ſoli tariæ manubrium haſtæ in modum ob longum, ac ſolo innitens videmus i nummo Caracallæ inſcripto ΘΥΑΤΕΙ ΡΗΝΩΝ. Quod mihi, ut ingenuè fa tear, abſurdum videtur, neque qua ra tione factum ſit, reperire poſſum.




Cap. XXV

## CAPUT XXV.

### *De Amazonum pelta.*

NUNC de ſcuto Amazonum, hoc eſt, pelta, dicamus; in quo qui-em major nobis exoritur difficultas. on quia pelta uſas Amazones parum onſtat; ſed quia, quæ ejus figura fue-it, non convenit inter auctores: tam-tſi id difficile ad explicandum. Et ve-endum ſanè eſt, ne in ea re, quam xplanandam ſuſcipio, novas difficul-ıtes detegam potiùs, quàm propoſi-ım expediam; ſed tamen tentandum ſt. Peltam quidem (ut hinc ordiar) ùm ſimpliciter dicimus, Thracum ypeum intelligi patet ex Heſychio, ui πέλτην, ὅπλον Θρᾴκιον interpreta-ır. Ex quo intelligitur, peltam Thra-iæ gentis propriam fuiſſe: hinc ſanè verbum πελτάζειν, quod ſignificat, autè & ſolerter peltam opponere ho-ibus, ac corpus eâ tegere. Quod tiam Thracibus ut proprium & pecu-

liare aſſignat Maximus Tyrius in ſe
ptima diſſertationum; quo loco varia-
rum gentium ſtudia & dotes proprias
commemorat: Θηβαῖοι αὐλητικὴν ἐπι-
τηδεύουσι, καὶ ἔστιν ἡ δι' αὐλῶν μοῦσα ἐπι-
χώριος τοῖς Βοιωτοῖς. Ἀθηναῖοι λέγειν,
καὶ ἔστιν ἡ περὶ τοὺς λόγους σπουδὴ, τέχν
Ἀττική· τὰ Θετταλὰ, ἱππική· τὰ Κυρηναϊ-
κὰ, διφρεία· τὰ Αἰτωλικὰ λῃστεία· ἀκον-
τίζουσιν Ἀκαρνᾶνες, πελτάζουσι Θρᾶκες
νησιῶται πλέουσιν. i. e. *Thebani tibiarum
ſtudio incenſi ſunt, eſtque ea Muſa qu
tibiis modulatur, univerſæ Bœotiæ verna
cula. Athenienſes verò eloquentiam exer
cent, quorum ſolertia ferè omnis circa ora
tiones verſatur. Inſtitutiones Creticæ in ve
nationibus, in montanis itineribus, in ja
culando currendoque conſiſtunt: Theſſalic
in equitandi peritia maximè ſpectantur
Cyrenæi agitant currus: Ætoli graſſantur
jaculantur Acarnanes: Thraces in bene tra
ctandis peltis operam ponunt.*

Quâ autem figurâ eſſet Threcidica
pelta, Dionyſius Halicarnaſſeus lib. 2
Rerum Romanarum, ubi de Salio-
rum Martis Sacerdotum habitu agit,

oc modo declarat : Παρέζωσαι δ᾽ ἕκαςος αὐτῶν, ξίφος· καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ όγχλω, ἢ ῥάβδον, ἤ τι τοιοῦτο ἕτερον κρατεῖ. τῇ δ᾽ εὐωνύμῳ κατέχει πέλτlω Θρᾳκίαν. Mox de figura : ἡ δ᾽ ῥαβδοειδεῖ θυρεῷ ςενοτέρας ἔχοντι τὰς λαγόνας ἐμφερὴς, ἵας λέγονται φέρειν οἱ τὰ Κουρήτων παρ᾽ λλησιν ἐπιτελοῦντες ἱερά. i. e. *Horum utem unuſquiſque accinctus eſt gladio, extrâque lanceam, aut virgam, aut liud quiddam hujuſmodi habet, ſiniſtrâ utem peltam Thraciam. Ea autem ſcuto irgato anguſtiores habenti laterum cavites, ſimilis eſt; qualia ſcuta dicuntur ii ſtare apud Græcos, qui Curetibus opentur.* Fuiſſe igitur ancile Romanum hracum peltæ ſimile, ex hoc Dionyi, niſi fallor, loco palam eſt. De Saorum enim ibi ornatu & armatura git, quos ancilia in celebritatibus geaſſe conſtat: patetque exinde ancile c appellatum fuiſſe, quòd, ut ait Feus, ex utroque latere eſſet reciſum, : ſummum infimumque ejus latiùs edio pateret; hac propè imagine, iam periti antiquitatis viri proponunt.




Cæterùm nobis huic opinioni ac
quieſcentibus inſtat Plutarchus in Nu
ma, ubi anciiorum hiſtoriam attin
git, contrariamque planè viam ei quam
Dionyſius inſiſtit, oſtendens, eandem
ancilis & peltæ figuram fuiſſe negat
eſſe autem hoc diſcrimen, quòd anci
le non eſſet circulus, neque circu
περιφέρειαν abſolveret, ſed ἐντομὴν ha
beret γραμμῆς ἑλικοειδοῦς. Sic autem
eo loco ſcriptum eſt: Αὐτὰς δὲ τὰς πέλ
τας ἀγκύλια καλοῦσι διὰ τὸ σχῆμα. κυκλο
γὰρ οὐκ ἔστιν, οὐδὲ ἀποδίδωσι, ὡς πέλτη,
περιφέρειαν, ἀλλ' ἐντομὴν ἔχει γραμμ
ἑλικοειδοῦς, ἧς αἱ κεραῖαι καμπὰς ἔχουσα
καὶ συνεπιστρέφουσαι τῇ πυκνότητι πρὸς ἀλ
λήλας, ἄγκυλον τὸ σχῆμα ποιοῦσιν. *Ha*
*verò peltas* (*Saliorum*) *ancilia appella*


*opter figuram. Neque enim hæc figura anè eſt circulus, aut circuli ambitum, vet pelta, abſolvit, ſed inciſionem habet neæ cochleatim ſinuatæ, cujus capita creis & tortuoſis amfractibus in ſe converſa duncam figuram efficiunt.*

Ex his quid ſequatur, nemo non viet : ſi enim ancile, ut eo loco Plutarhus dicit, hoc à pelta differt, quod non t circulus, neque circuli ambitum, i pelta abſolvit ; duo ſequuntur : rius quidem, ancile fuiſſe diverſum à elta, planè contra Dionyſium, qui erbis ſuprà allatis Saliorum ſcuta, oc eſt, ancilia, ipſaſmet fuiſſe Thraum peltas cenſet : deinde, Threcidium peltam non fuiſſe utroque ex late compreſſam & reciſam, ut idem Dioyſius vult, ſed planè integram & æualem pleno circuli ambitu. Me quiem quâ interpretationis induſtriâ hæc onciliari poſſint, non videre fateor. Multò minùs quomodo ambos Ovidio oncordes faciam de ancili & pelta, aut is Ovidium adjungam, qui in Faſtoum libris hoc ancilis etymon tradat :

*Idque ancile vocat, quod ab omni parte reciſum eſ*
*Quemque notes oculis angulus omnis abeſt.*

Si enim ab omni parte reciſum ancil fuit, igitur non lateribus tantùm, u illi auctores volunt, ſinuoſum & cur vum fuit, ſed perfectè æquale, ideo que exactè ad circularis figuræ mo dum tornatum. Illud ſcio fieri no poſſe, ut tales viri non intellexerin formam ancilis Romani; & cùm in tellexerint, diſſentiant. Proinde ne ceſſe eſt & Ovidium cum illis ſentir verſibus adductis, reciſumque omn ex parte intelligi, cujus ſpatium un quidem lineâ comprehenditur, no tamen circulari, hoc eſt, æqualiter un dique à medio diſtante, ſed aliquan tum preſſa & incurva in medio ambi tus; quam curvitatem ejuſdem lineæ ἐντομὴν ἑλικοειδοῦς γραμμῆς vocat Plu tarchus, ad eum modum quem Joachi mus Camerarius expreſſit Decuriâ 9 Συμμικτῶν προβλημάτων, probl. 8. *Sit* inquit, *orbis tanquam circulus α β γ* *ε ζ è centro κ, & utrinque amputetur in voluta ſectione, & ne anguli emineant*

*atio β ϑ γ, & ζ η ε.* Repræſentabitur
aque illa figura deſcripta à Plutarcho,
uæ & de antiquis operibus expreſſa
ſtenditur, quomodò depicta eſt.




a, inquam, Ovidius in hac ancilis
eſcriptione intelligi debet, ut non
iemoratam laterum compreſſionem
ve ἐντομὴν, *inciſionem*, excludat, ſed
ngulos tantùm, quod ſanè ſequentia
erba indicant:

*Quemque notes oculis angulus omnis abeſt.*

Atque hoc modo Ovidium Plutarcho
c aliis conciliamus, quod ad ancilis
guram attinet; non tamen tollitur
ifficultas circa diſcrimen illud, quo
dem Plutarchus ancile à pelta diſcer-

nit, quòd ſcilicet ancile circuli *περιφέρειαν* ambitum omnino non abſolvat, ut pelta. Ex quo ſequitur peltam circulum eſſe, cujus circumferentiam totam reddat. In quo ſanè non video, qua ratione Dionyſio conciliare poſſit, qui, ut viſum eſt, in ancili Romano, quam eandem Thraciæ peltæ facit, *στενωτέρας* agnoſcit *λαγόνας*, latera anguſtiora ob lateralem illam ambitus inciſionem à Plutarcho notatam. Si enim Propterea ancile dicitur non abſolvere circulum, quia *ἐντομὴν* habet *γραμμῆς ἑλικοειδοῦς* ad latera; ſequitur peltam, quæ auctore Plutarcho circulum abſolvit, hujuſmodi laterum inciſiones prorſus non habere; quod eſt contra deſcriptionem Dionyſii, atque, ut arbitror, contra veritatem. Hunc modum aliis expediendum relinquo, me enim non poſſe fateor.

Ac cætera quidem Camerarius in dicto problemate non infeliciter; in hoc quidem graviter lapſus eſt, quòd eandem ancilis Romani, Thraciæ peltæ, & Amazoniæ figuram facit: ceu Poëta, cùm lunatas Amazonum pel-

as vocat, nihil aliud intelligat niſi ἐν-
ομλὼ ἑλικοειδοῦς γραμμῆς, ſive ejuſ-
em lineæ curvæ circa angulum ad la-
era compreſſionem, de quo modò di-
tum eſt. At magis Lipſio fidem ha-
eo, qui in Analectis ad militiam Ro-
nanam, peltam Amazoniam à Thre-
idica & aliis diverſam fuiſſe cenſet:
oſtquam enim de aliis nutabundus
ententiam propoſuit, de Amazonia
einceps hunc in modum ſubjungit:
*Hæc ita poſita, ſed timidiùs: magis certò
dfirmare habeo de Amazonum pelta. Ea
nim & à prioribus diſtincta.* Sed & Sal-
naſius in Plinianis ad Solinum Exer-
itationibus, ipſum Plinium eo nomi-
ne caſtigare non dubitat, quòd cùm
pud Theophraſtum lib. 12. hiſt. plant.
ap. 5. in ficus Indicæ deſcriptione lege-
et: τὸ δὲ φύλλον οὐκ ἔλαττον ἔχει πέλτης,
unc locum ſic Latinè verterit: *folio-
um latitudo peltæ Amazonicæ*; ceu idem
it peltam dixiſſe, ac peltam Amazo-
niam, neque in his diſcrimen ſit ullum.
taque Salmaſius rectè ibi exclamat:
*Atqui pelta non propria Amazonum, ſed*

*Thracum : Amazonicæ verò peltæ peculiarem formam habebant.* Quæ igitur tandem fuit forma illa peculiaris ? nempe quam Maro his verſibus expreſſit :

> *Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis*
> *Penthesilea furens.*

Rurſus de iiſdem :

> *Feminea exultant lunatis agmina peltis.*

Huic etiam de lunata peltæ Amazonicæ figura ſubſcribit Seneca hoc verſu ,

> *Lunata latus protecta parma.*

Nam parmam ibi pro pelta poſitam liquet. Et Martianus Capella lib. 6. in deſcriptione Italiæ ; poſtquam lunatam eſſe Italiam , & quodam hemicyclo in promontorium memoratum, hoc eſt , Brutiorum , circumferri dixit, paulò infrà ſubdit , eum tractum figurâ peltæ Amazoniæ ſimilem eſſe , his verbis : *Lævorſum quoque ſe flectit , & item duobus promontoriis peltæ Amazonicæ formam reddit.* Sed & Quintus Smyrnæus in primo Παραλειπομένων apertiſſimè ſuffragatur , quo loco Pentheſileæ armaturam deſcribit. Quem locum totum adſcribere viſum eſt , quo

ota Amazonum armatura intelligatur.

Δὴ τότε Πενθεσίλεια μέγ' ἀνθεμόεν φρεσὶ κάρτος,
Ἐξ εὐνῆς ἀνέπαλτο, καὶ ἀμφ' ὤμοισιν ἔδυνε
Τεύχεα δαιδαλόεντα· τά οἱ θεὸς ὤπασεν Ἄρης.
Πρῶτα μὲν ἄρ' κνήμῃσιν ἐπ' ἀργυρέοισιν ἔθηκε
Κνημῖδας χρυσείας, αἵ οἱ ἔσαν εὖ ἀραρυῖαι.
Ἕσσατο δ' αὖ θώρηκα παναίολον· ἀμφὶ δ' ἄρ ὤμοις
Θήκατο κυδιόωσα μέγα ξίφος, ᾧ περὶ πάντῃ
Κουλεὸς εὖ ἤσκητο δι' ἀργύρου, ἠδ' ἐλέφαντος·
Ἂν δ' ἔθετ' ἀσπίδα δῖαν, ἀλίγκιον ἄντυγι μήνης,
Ἣθ' ὑπὲρ ὠκεανοῖο βαθυρρόου ἀντέλλησιν,
Ἥμισυ πεπληθυῖα περὶ γναμπτῇσι κεραίης.

*Tunc Penthesilea, cùm magnum animo robur*
*indidiſſet, è lecto proſiliit, humeriſque induit*
*arma fabrefacta, quæ illi Mars donarat.*
*Ac primùm candidis tibiis induit*
*ocreas aureas, ei aptè congruentes.*
*Thoracem inde variegatum ſumpſit, & humeris*
*magnũ accinxit enſem gloriabũda, circa quem undiq;*
*vagina argento & ebore elaborato fulgebat.*
*Divinum etiam clypeum ſuſtulit, Lunæ orbi ſimilem*
*quæ ſuper altifluo oceano exoritur*
*ſub cornibus incurvis ad dimidium ſui plena.*

Hæc Quinti expoſitio eſt, lunatam A-mazonum peltam dici, quæ dimidiatæ Lunæ figuram exprimeret. Obſerva interim difficultatem dimidiatæ Lunæ cornua tribuentis; cùm tamen alia ſit facies corniculatæ, alia dimidiatæ. Plinius lib. 2. cap. 9. *Et modò curvata in*

*cornua, modò æqua portione diviſa, mod[...] ſinuata in orbem*, &c. Dicendum eſt Poëtas, neque hoc, neque alia naturæ ad vivum, quod aiunt, unguem reſe[...]care. Eſto. At quòd ibidem Pentheſi[...]lea pectus munit thorace, quomodo congruit cum mamma exerta? An & hoc ita ſolvemus, thoracem ſic confor[...]matum fuiſſe, ut ſpatium, quà mamma dextra exeri poſſet, pateret? Cæterùm hanc Lipſius citato loco peltæ Amazo[...]niæ figuram exhibet ex veteri marmo[...]re, quod Romæ in hortis Pontificiis ſpectatur, in quo expreſſa Amazonum pugna cum ejuſmodi peltis, quæ ſemi[...]lunæ duplicis ſpeciem in parte peltæ ſuperiore oſtendant. Sic.



# CAPUT XXVI.

## *Aliæ opiniones de peltæ Amazonicæ figura.*

HIs putabam me ſatis explicaſſe quid de peltæ Amazoniæ forma ſentiendum eſſet; ſed nova ecce auctorum loca, quæ hanc fiduciam adimant. Et quis non obſtupeſcat? cùm poſt tam accuratam diſputationem, quâ ſublata omnis difficultas videbatur, verba hæc leget Pollucis lib. 1. ubi armorum nomina tradit. Πέλτη (inquit) Ἀμαζονικὴ, ὥς φησι Ξενοφῶν, παρεοικυῖα κιττοῦ πετάλῳ. i. e. *Pelta Amazonica, ut ait Xenophon, ſimilis eſt hederæ folio.* Atqui Arrianus lib. 7. rerum Alexandri, negat in Xenophonte extare locum, in quo Amazonum mentionem fecerit. Sine dubio Pollux, quod Xenophon de Moſſynœcorum armatura dixit, ad Amazonas tranſtulit; quod ut pateat, Xenophontis verba adſcribam.

Εϛησαν ὥσπερ ἀνὰ ἑκατὸν, μάλιϛα οἱ χο-
ϱοὶ ἀντιϛοιχοῦντες ἀλλήλοις, ἔχοντες γέῤ-
ῥα πάντες λευκῶν βοῶν δασέα, εἰκασμένα
κιττοῦ πετάλῳ. Quæ verba ſic Franciſcus
Philelphus Latinè vertit : *At qui re-
manſerant, in centurias quaſi totidem in
choros deſcripti, quadratum agmen, velu-
ti in quincuncem direxerunt, læva manu
cetram alborum boum hirtis coriis inte-
ctam, hederacei folii formâ habentes*, &c.
Hæc de Moſſynœcis Xenophon, ut
cuivis legenti eum locum patebit. Scio
Moſſynœcos inter barbaras Scythiæ
gentes poni, nec longè ab iis terris
in quibus Amazones degebant; quip-
pe inter urbes Amazonibus habitatas
erat Chalybia, ut pòſt videbimus, ubi
de earum ſede dicemus. Poſt Chaly-
bes Tibareni, quibus confines Moſſy-
nœci. Ita enim Apollonius 2. Argo-
naut. At non continuò ſequitur, iiſ-
dem quibus Moſſynœci uſas peltis A-
mazonas. Quid ſi non neceſſarium
id conſequens, ſed probabile tamen?
nec mediocrem illi profectò fidem
arrogat Nonnus lib. 19. Διονυσιακῶν,

bi de Amazonibus, ſi quis verba ejus uibus earum mulierum peltas deſcri- it, cum ſuperioribus Xenophontis onferat. Ita igitur Nonnus de Ama- onibus:


Οὐκ ἀπὸ Θερμώδοντος Ἀμαζόνες εἰσὶ καὶ αὐταί,
Οὐκ ἀπὸ Καυκασίοιο μαχήμονές εἰσι γυναῖκες,
Οὐ θοὰ τόξα φέρουσι, καὶ οὐ δονέουσιν ὀϊστούς,
Οὐ θρασὺν ἵππον ἔχουσιν Ἀρήϊον, οὐδ᾽ ὑπὲρ ὤμων
Βάρβαρον ἡμιτέλεστον ἐλαφείζουσι βοείην.

*Nonne à Thermodonte Amazones ſunt & ipſa?*
*Non à Caucaſo bellicoſa ſunt mulieres?*
*Non veloces arcus ferunt, non vibrant ſagittas?*
*Non audacẽ equũ habent Martiũ, non ſuper humeris*
*barbaram ſemiperfectam elevant bubulam pellem.*

uibus poſtremis verſibus Amazonum ypeum, ſive peltam deſcribi, palam t. Quæ igitur Xenophon de Moſſy- œcorum cetris loquens, γέῤῥα λευκῶν ῶν δασέα vocat, hæc ipſa Nonnus e Amazonum peltis item verba fa- ens, aliis quidem verbis, ſed eodem nſu, ἡμιτέλεστον βοείην appellat. Nem- e βοείη, ut omnes norunt, bubula eſt llis, ἡμιτέλεστος, cui non pili adem- i arte βυρσοδεψικῇ, hoc eſt, coriaria; uod idem eſt, ac γέῤῥα βοῶν δασέα:

*γέῤῥα* enim auctore Heſychio, *τὰ δερ-μάτινα σκεπάσματα* dicuntur; *δασέα* au-tem, hiſpida, & pilis horrida.

Nec deſunt porrò loca veterum au-ctorum, quibus Amazonum peltam quadrangulam fuiſſe probetur, hoc ge-nere quadranguli, quod rhombus au rhomboïdes Mathematicis dicitur. Sed priùs ob oculos ponendæ eæ figuræ ii qui eruditum illum pulverem non at-tigerunt.



Nunc Amazonum peltas *ῥομβοειδεῖς* fuiſſe oſtendo. Pauſanias in Atticis hi-ſtoriam de Amazonum clade in Atti-ca referens, harum Reginam Hippo-lyten victam à Theſeo, Megara cum paucis aufugiſſe tradit, ibique rebus deſperatis paulò pòſt mœrore con-ſumptam fuiſſe, in eadem terra ſe-

ultam : illi monumentum conditum, uod Amazonici clypei formam refer-et : καὶ οἱ τοῦ μνήματος σχῆμά ἐστιν Αμα-ζονικῇ ἀσπίδι ἐμφερές. Hæc Pauſanias biter, neque de figura Amazonici lypei quicquam addit. At Plutarchus e hoc ipſo Amazonum ſepulcro quod Megaris viſebatur, prodens in vita Theſei, figuram illi rhombi attribuit is verbis : Δείκνυσι δὲ καὶ Μεγαρεῖς Αμα-ζόνων θήκην παρ' αὐτοῖς, ἐπὶ τὸν καλούμε-νον ῥοῦν, βαδίζουσι ἐξ ἀγορᾶς, ὅπου τὸ ομβοειδές. *Oſtendunt autem & Megaren-ſes Amazonum ſepulcrum in urbe, viâ qua foro ad locum* ῥοῦν, *hoc eſt*, fluentum *vocatum, ducit, ubi rhombiforme ſitum eſt.* Amiotus noſter ſic vertit : *où l'on voit une ancienne tombe en forme de lo-ſange.* Apparet igitur ex utriuſque lo-ci collatione, quadrangulam fuiſſe A-mazonum peltam, & ex genere qua-dranguli, quod Geometris rhombus dicitur. His & Lexicographi adſtipu-lantur, Suidas, & Phavorinus. πέλται, ὄγχαι, καὶ ἀσπίδια τετράγωνα, &c. i. e.

*peltæ dicuntur, lanceæ, & parvi clype quadrangulares.*

Quis igitur tantam auctorum in a ſignanda peltæ Amazonicæ figura di cordiam videns, non obſtupeſcat Mihi quid in re tam perplexa dicam aliud non occurrit, niſi non eanden fuiſſe ubique neque omnibus locis pel tæ Amazonicæ formam: magis tame communem & uſitatam ejus forman fuiſſe putandum eſt, quam ex Diony ſii Halicarnaſſei, & Plutarchi verbi expreſſimus, cui ſculptorum antiqu opera & nummi ſatis evidens teſtimo nium perhibent; quorum aliquot e cauſâ ſubjicere viſum eſt. Ex his qu peltæ effigiem meliùs repræſentant ille eſt ſuprà exhibitus, à Magneti bus in Caracallæ honorem percuſſus cui adjungi poteſt alius à Smyrnæi in Juliæ Mœſæ gratiam fabricatus. In his Amazon ſtat capite turrito, læ vâ peltam & bipennem tenens, dex terâ templum ſeu templi imaginem ſuſtinens.




Eandem peltæ formam videre eſt
 eo nummo quem idem V. Cl. Mo-
ellius propria manu delineatum no-
is, quæ eſt ejus humanitas, miſit.
'ræfert hic Commodi Imperatoris &
Aartiæ concubinæ capita conjuncta,
nfrà autem Martiæ effigiem, peltam
Amazoniam. Ratio petenda ex Lam-
ridio, in ejus monſtri vita: *Amazonius
utem vocatus eſt ex amore concubinæ ſuæ
Aartiæ, quam pictam in Amazone dilige-
at: propter quam & ipſe Amazonico ha-
itu in arenam Romanam procedere voluit.*
Hinc & menſem, qui vulgò Decem-
ber, Amazonium ab adulatoribus ejus
nominatum refert idem Lampridius.




Neque abſimilem porrò peltæ Ama-
zoniæ effigiem nobis exhibet Lucerna
Amazonum apud Licetum in prolixo
& verboſo opere de reconditis Anti-
quorum Lucernis, cujus typum hîc ſub-
jicere viſum eſt operæ pretium, quia
in ea Lucerna non peltæ modò, ſed
etiam reliquæ armaturæ & veſtitus for-
ma datur conſpicienda. Verba Liceti,
quibus argumentum explicat, hæc ſunt.
*Nobilis artificii quoque Lucerna teſtea mihi
nuperrimè Româ delineata, tranſmiſſa fuit
ab eodem Cl. Caßiano ſub hac effigie.*



Erlinger ſculp.

*Refert Amazonem ex vulnere languente collo capiteque pendulo, capillis paſſis atqu ſparſis, manu dextera collo ſociæ inniten tem, lævâ pendentem peltam adhuc reti nente. Adſtat à dextris equus hinniens: ſiniſtris galea jacet, atque pharetra hum dejecta. Inferiùs humi quoque ſpectatu jacere ſecuris anceps utrinque, ſimul alterius AmaZonis galea: quin & arcu etiamnum tenſus, cum duplici ſagitta ſu per eum jacente.* Hæc ille. Probabili e narratione, ſi equum dicere contentu fuiſſet, neque hinnientem addidiſſet quod quo indicio deprehendere potue rit, non video. Puto etiam erraſſe op ficem in mamma dextra ſauciæ Ama zonis, quam integram & juſtæ magni tudinis fecit, contra morem illius gen tis, de quo ſuprà abunde. Ac de pelt & armis Amazonum ſatis.

## CAPUT XXVII.

*e aliquot bellicis Amazonum expeditionibus; & quo inſtrumenti genere ſignum ineundi certaminis dare ſolerent.*

OSTQUAM de Amazonum veſtitu & armis, quæ ex veterum iptis expiſcari datum eſt, & animadrſione viſa ſunt, digna expoſuimus; nſequens eſſet, ut eaſdem armatas oſequeremur in bella, & de earum llicis facinoribus diceremus. Verùm n hoc noſtri eſt propoſiti hiſtoriam nazonum condere. Quod ſi in ani- eſſet, non tamen video, quî exei poſſem, in tanta ſcriptorum penu- ; adeò leviter & ſtrictim & obiter, ote aliud agentes Græci & Romaſcriptores de earum rebus prodident: cùm præſertim in promptu ſint nnibus, apud Herodotum, Diodom Siculum, Plutarchum, Juſtinum,

Quintum Smyrnæum & Nonnum i
Dionyſiacis, qui, ut dixi, hæc attig
runt potiùs, quàm tractarunt. Plur
bus interim & maximis virtutis bell
cæ exemplis inclaruiſſe olim probabi
eſt, quæ majorem Europæ partem ſu
egiſſe, multas quoque Aſiæ urbes o
cupaſſe dicantur.

Ne tamen horum nihil attigiſſe v
dear, de præcipuis earum mulieru
expeditionibus, quæ ad memoriam pe
venerunt, referam. Ex his tres in p
mis celebres feruntur: duæ in Troad
regnante Priamo; prior, quâ Regi i
bellum intulerunt; altera, quâ eide
ſupremis Trojæ temporibus ſuppeti
venerunt. Prioris meminit Homer
Iliad. γ'.

Ἤματι τῷ, ὅτε ἦλθον Ἀμαζόνες ἀντιάνειραι.

In eo bello Myrinam occubuiſſe Sc
liger Animadverſionibus ad Euſe
Chronicon refert ex vetuſtiſſimo Sch
liaſte: alterius autem expeditionis V
gilius in primo Æneidos, Juſtinus l
2. Quintus Smyrnæus lib. 1. Maxi
verò Græcorum literis celebrata ill

in A

n Atticam, ab iis ſuſcepta, occaſione Antiopes à Theſeo abductæ, quæ quan-æ molis fuerit, Plutarchus in Theſeo bunde teſtatur his verbis: Πρόφασιν ὲν οὖν ταύτην ὁ τῶν Αμαζόνων πόλεμος χε. φαίνεται δὲ μὴ φαῦλον αὐτοῦ, μηδὲ γυ-αικεῖον γενέσθαι τὸ ἔργον. οὐ γὰρ ἂν ἐν ἄστει ατεστρατοπέδευσαν, οὐδὲ τὴν μάχην συνῆ-αν ἐν χερσὶ περὶ τὴν πνύκα καὶ τὸ μου-εῖον, εἰ μὴ κρατοῦσαι τῆς χώρας, ἀδεῶς ῇ πόλει προσέμιξαν. *Tali igitur prætextu ellum illud Amazonibus ſuſceptum eſt. pparet autem neque leve, neque mulie-re id inceptum fuiſſe. Neque enim in ci-itate ipſa Athenienſium, aut caſtra loca-, aut pugnam cominus circa Pnyca & uſeum committere potuiſſent, niſi regione rmis pacata, ſe ſe tutò in urbem penetrare ſſe intellexiſſent.* Indicia etiam hujus ei manifeſta ſequentibus verbis ſub-ngit: Τὸ δὲ ἐν τῇ πόλει σχεδὸν αὐτὰς νστρατοπεδεῦσαι, μαρτυρεῖται καὶ τοῖς ὀνό-ασι τῶν τόπων, καὶ ταῖς θήκαις τῶν πεσόν-ων. *Quod autem planè in urbe caſtra ha-uerunt, cùm locorum nomina, tum ea-um quæ in pugna occubuerunt, ſepulcra*

*teſtantur*. Quæ argumenta ſanè haud ſubleſta ad fidem faciendam.

Utinam teſtes æquè locupletes, validaſque conjecturas producere poſſem ejus Amazonum expeditionis, quam Philoſtratus exponit in Heroïcis, ubi de Achillis inſula refert in Ponto ad Iſtri oſtia adjacente, quam rogante Thetide Neptuni indulgentiâ excitatam, ac conceſſam illi Heroï ad habitandum vetuſtas credidit. Verumtamen hanc, quoquo modo ſe habet, non cen ſui ſilentio tranſeundam, quæ etiamſ ex libito conficta eſſet, ipſa invent admiratione adſcribi mereatur. Poſt quam enim is auctor de inſulæ natu ra, ac templi quod ibi in Achillis ho norem conſtructum eſt, magnificen tia, oraculo, eòque religionis cauſ appellentium mercatorum cultu dixit ſubdit Amazonas iis auditis quorum dam teſtimonio, quos ad oram ipſa rum ejectos in vinclis habebant, ce piſſe conſilium populandæ inſulæ, a templi expilandi. Eorum igitur oper qui inter captivos fabri & nautæ eran

navigiis comparatis, ſtatim ad eam inſulam curſum direxiſſe; quò appulſas, imperaſſe primùm viris, ut luci conſecrati arbores exſcinderent: eos verò bipennibus in ora ipſorum repercuſſis omnes periiſſe. Quo prodigio nihil deterritas, equis conſcenſis irrupiſſe ipſas uſque ad templum; ſed non impune, prodente ſe Heroe, terribili aſpectu, ceu impetum mox facturo. Quippe equos tali ſpecie in furorem converſos magnam cladem Amazonibus attuliſſe; utpote quas ſede excuſſas, ac ſolo proſtratas, calcibuſque conculcatas prorſus omnes morſibus dilaniarint, ac membratim diſcerpſerint. Addit, ipſas belluas ejuſdem furoris impetu è loco ſuperiore in mare ſubjectum, quod ipſis patentior campus eſſe videretur, ſe ſe precipites dediſſe: naves quæ in anchoris eſſent, omnes vi tempeſtatis diſſipatas, afflictas, ac penitus confractas periiſſe. Hæc ibi Philoſtratus; quæ quamquam non mihi videntur abhorrentia ab Amazonum ingenio & moribus,

Οὐ γὰρ Ἀμαζονίδες μάλ᾽ ἐπητέες, οὐδὲ θέμιστας
Τίουσαι,

inquit Apollonius lib. 2. Argonaut. *Neque enim Amazones valde ſunt cuiquam affabiles & humanæ, neque jura aut leges curant.* Multò minùs aliena à Dæmonum qui Heroas mentiebantur, immani odio in humanum genus; vix tamen adducor, ut vera eſſe credam, quorum nullus, quod ſciam, auctor alius mentionem fecerit. Cùm enim Arrianus ſcriptor non futilis, in Periplo Euxini Ponti ejus inſulæ accuratiſſimam deſcriptionem atque hiſtoriam tradat; non tamen hujus Amazonum expeditionis & cladis tam horrendæ quicquam attingit: quam profectò, quæ ejus diligentia eſt, non preſſiſſet ſilentio, ſi veram putaſſet, cùm præſertim ibi tam multa de Achille, & religione inſulæ, ab iis qui eò appuliſſent, & vidiſſent, audita ſe referre teſtetur. In quibus & hoc: Achillem iis qui ad inſulam jam appellunt, vel ei appropinquant, in ſomnis apparere, iiſque ſignificare, qua-

nam ex parte ad inſulam commodiſſimè appellere queant : nec deeſſe qui affirment, ſibi Achillem ipſum non in ſomnis, ſed vigilantibus, palam ac, ut ſolent Dioſcuri, in mali ſive antennæ faſtigio apparuiſſe. Cætera de oraculo Achillis, & modo conſulendi, tum ritu propitiandi, apud ipſum legi poſſunt. Quæ cùm tam ſtudiosè ibi ab eo auctore tradantur, veriſimile mihi non ſit, de illo Amazonum facinore & ſupplicio taciturum fuiſſe, ſi de tali eventu quicquam vel famâ, vel cuiuſpiam fide digni auctoris teſtimonio accepiſſet. Alioqui neminem latere arbitror, quàm ſit Philoſtrati ingenium ad omnem fabularum inventionem pronum, in quo nulli Poëtarum cedit. Sed tamen hanc ſive hiſtoriam ſive fabulam in hac Amazonicarum expeditionum commemoratione ſilentio prætermittendam non putavi.

Ad hunc locum pertinent & quæ ſuprà attigi, relata à Plutarcho in Pompeio, de rumore qui inceſſit per exercitum Romanorum, quòd in pugna

apud Abantem fluvium inita à Pompeio cum Iberibus & Albanis, Amazones ſuppetias barbaris tuliſſent, peltarum & cothurnorum argumento, qui ibi quales habuiſſe Amazones dicuntur, reperti ſunt; tametſi ullum in ſtrage corpus muliebre inventum negat. Quod etiam Vopiſcus in Aureliano, nempe in eo triumpho quem ille Imperator de Zenobia & Tetrico egit, inter alios captivos, decem mulieres Amazonum titulo ductas fuiſſe; de qua re ſic refert: *Ductæ ſunt & decem mulieres, quas virili habitu pugnantes inter Gothos ceperat: quum multæ eſſent interemptæ, quas de Amazonum genere titulus indicabat.* Fides ſit penes auctorem; mihi potior Arriani auctoritas, qui, ut jam notavi, ante etiam tempora Alexandri Magni defeciſſe Amazonum gentem cenſet.

Poſſem & quæ Diodorus de Libycarum Amazonum expeditionibus & victoriis fusè exequitur libro & capite quarto, hìc ſubjungere; ſed hæc minùs celebrata, minùſque, ut arbitror,

certa, malim ſtudioſos apud eum auctorem, quàm hîc, legere. Alioqui metuendum mihi, ne viri graves me in hac Amazonicarum expeditionum atque aliarum rerum commemoratione modum potiùs tranſgreſſum arguant, quàm eorum quæ dicenda erant, quædam per negligentiam omiſiſſe. Verumtamen antequam hinc diſcedo, rem ab hoc propoſito non prorſus alienam data occaſione expediam; quo ſcilicet inſtrumenti genere ſoleret iis ſignum pugnandi dari, & Martem accendi. Hujus nobis auctor & fundus diſceptationis Iſidorus, qui Originum lib. 2. cap. 21. ſic de ſiſtro tradit: *Siſtrum ab inventrice vocatum: Iſis enim Ægyptiorum Regina id genus inveniſſe probatur. Juvenalis:*

*Iſis & irato feriat mea lumina ſiſtro.*

*Inde & hoc mulieres percutiunt, quia inventrix hujus generis eſt mulier. Unde & apud Amazonas ſiſtro ad bellum feminarum exercitus vocabatur.* Rurſus idem lib. 18. cap. 4. poſtquam de buccinis & tubis dixit: *Claſſica* (inquit) *ſunt cor-*

*nua, quæ convocandi causâ erant facta, & à calando claſſica dicebantur. De quibus Virgilius:*

*Claſſica jamque ſonant.*

*Apud Amazonas autem non tuba, ſicut à Regibus; ſed à Regina ſiſtro vocabatur feminarum exercitus.* Mitto etymon abſurdum, ſiſtrum ab Iſide inventrice appellatum putantis; quod nomen eſſe Græcum à verbo σείειν formatum conſtat. Illud de ſiſtri uſu apud Amazonas pro tuba & claſſico, unde acceperit, miror: me quidem nuſquam memini legere quicquam ejuſmodi apud alium auctorem. Atqui Plutarchus univerſæ antiquitatis Græcæ & barbaræ ſtudioſiſſimus non omiſiſſet notare in libro de Iſide & Oſiride, ubi ſiſtri Iſiaci figuram & compoſitionem tam accuratè deſcribit, ſi de hoc more Amazonum aliquid olim proditum legiſſet, vel famâ accepiſſet.

Quod autem Maro in octavo Æneidos, ubi de pugnæ Actiacæ ſculptura in clypeo Æneæ, Cleopatram inducit ſuos ſiſtro vocantem:


*Regina in mediis patrio vocat agmina ſiſtro.*

Si ad rem pertinere putavit Iſidorus, ſeu Amazonum morem Cleopatra hoc ſigni genere ſecuta eſſet, magnas (pace viri tam docti, & multis nominibus venerandi dico) nugas egerit, ac ſtatim Servii potiori animadverſione redarguetur, quâ oſtendit Reginam illam Ægypti eo faſtu atque ambitione inflatam fuiſſe, ut ſe Deam gereret, atque Iſidem ipſam credi vellet. *Cleopatra* (inquit) *ſibi tantùm aſſumpſerat, ut ſe Iſim vellet videri.* Cujus rei non improvidus Poëta, illi ſiſtrum in manu velut Iſidi poſuit.

Sed & aliunde hoc Iſidori commentum explodi poteſt, nempe Hadriani Imperatoris eruditiſſimi Epigrammate de Amazonum pugna, ubi tubarum clangore eas bellatrices ad certamen ineundum incitatas exhibet:

*Vt belli ſonuere tubæ, violenta peremit*
*Hippolyte Theutranta*, &c.

Cum etiam hocce monumenti ærei antiquæ artis fragmento è literaria gaza amici noſtri.



In eo Amazonis ſedentis ſuper arma, gremioque puellulam infantem nudam foventis effigiem ſpectare licet. Trophæum eſſe conjicio, ob aliquam de Amazonibus victoriam reportatam. Armorum congeries indicat, in quibus & pelta Amazonica, item cornu & tuba; præterea mulieris habitus ca-

ut prociduum lævâ ſuſtinentis, qualis
nœrentium. Sed de hujus monumen-
i argumento, ut cuique probabilius
idebitur, ita judicet.

## CAPUT XXVIII.

*De Amazonum monumentis, ac primùm de urbe Themiſcyra, Montibus Amazonum, & fluvio Thermodonte.*

DICTUROS de Amazonum monumentis, in quibus urbes ab
is conditæ, aut habitatæ, aut nomina-
æ, præcipuum locum tenent, inci-
iendum videtur ab ea urbe, quæ ipſa-
um imperii ſedes & præcipuum do-
nicilium fuit. Hæc ſedes memoratur
uiſſe Themiſcyra: quo nomine non
nodò urbs ipſa, ſed etiam regio in
ua ſita eſt, vocatur. De urbe clarum
x Stephano: Θεμίσκυρα (inquit) πό-
λις, ἡ ἐστιν αἴτιον Θερμώδοντος. Plinius
uoque inter oppida ejus tractus The-

miſcyram nominat in 6. cap. 3. *Fuit oppidum eodem nomine (Thermodon) & alia quinque, Phamizonium, Themiſcyra, Sotira, Amaſia, Comana, nunc Manteium.* Ita & Ptolemæus. Quod autem & locus Themiſcyra diceretur, locupletem teſtem habemus Strabonem lib. 2. his verbis: Τὸ τῶν Ἀμαζόνων πεδίον, τὴν Θεμισκύραν. Sed & Plinium citato loco: *In ora autem ab Amiſo oppidum & flumen Chadiſia, Lycaſtum, à quo Themiſcyra regio.* Utri autem nomen priùs inditum ſit, fortaſſe aliquis ambigat: mihi veriſimilius ab urbe regionem, quàm contrà, eſſe appellatam.

Cæterùm id nomen regioni & urbi inditum ante Amazonum imperium, colligi poteſt ex Juſtini verbis lib. 2. ubi gentis Amazonum originem tradit: *Sed apud Scythas medio tempore duo regii juvenes, Ylinos & Scolopitus, per factionem optimatum, domo pulſi, ingentem juventutem ſecum traxere; & in Cappadociæ ora, juxta amnem Thermodonta conſederunt, ſubjectoſque Themiſcyreos campos occupavere.* Quo utique tempore non-

um Amazonum regnum conditum, eque nomen auditum fuerat: quas oſtea cæſis maritis arma ſumpſiſſe, c pace armis parta rempublicam fun-aſſe ibidem traditur. Quòd ſi tunc ampi illi Themiſcyrei vocabantur, & ɔſam tunc urbem Themiſcyram fuiſ-e veriſimile eſt: veriſimile, inquam, on neceſſarium; quia potuit Juſtinus ȣ͂ πρόληψιν Themiſcyreos campos icere, qui nondum illis temporibus o nomine cogniti eſſent. Neque ſanè liam in partem ejus verborum ſeriem ccipiendam putem, opuſque eſſe A-nazonum Themiſcyram, neque priùs b iis conditam, quàm viribus auctis nes tutari poſſent.

Cæterùm quæ de ſitu ejus urbis & oli bonitate atque amœnitate tradit, in odem pæne tractu, Amaſia urbe, ortus trabo, animadvertere operæ pretium ſt; ex quo nempe vetus Amazonum otentia & imperii majeſtas intelliga-ur. Latinè autem converſum hunc ocum ſubjicere, ut prolixiorem, vi-um eſt: *Themiſcyra campus eſt, qui par-*

*tim pelago alluitur, ad* LX. *ſtadia ab ur*
*(Amiſo) diſtans; partim à montana regi*
*ne, arboribus denſa & irrigua amnibus q*
*inde ſcaturiunt: è quibus omnibus unus a*
*ctus, nomine Thermodon, campum percu*
*rit. Alter huic æqualis ex Phanaræa fluen*
*eandem planitiem irrigat, nomine Iris*
*qui in Ponto exoritur: per mediam auter*
*Comanorum Ponticorum urbem delatus*
*& per Daximonitidis felicis campum, O*
*cidentem verſus, poſtea apud Gaziura*
*antiquam regiam, nunc verò deſertam*
*convertitur ad Septentrionem; poſtea ru*
*ſum revertitur ad Ortum, Scylace & flu*
*minibus aliis aſſumptis, & ad ipſa Ama*
*ſiæ mœnia, patriæ noſtræ, urbis munitiſſi*
*mæ, illatus, egreditur ad Phanaræam*
*ubi Lycus cum eo circumcurrens, & ini*
*tia ex Harmenia trahens, nomen amitti*
*Deinde Themiſcyra, & Ponticum pelagus*
*aquam hanc excipit. Quapropter hæc pla*
*nities ſemper roſcida eſt & herbida, &*
*tam boum quàm equorum nutrix, ſemen*
*plurimum recipit panici & milii, imò in-*
*exhauſta ubertate pollet: ſemper enim aqua*
*copia ſiccitati præſtat. Quamobrem nun-*

*uam ii homines famem ſenſerunt. Tam
ırgum fructuum ſponte naſcentium, &
greſtium proventum, quæ montium lateri
djacet, regio ſuppeditat, uvæ ſcilicet,
yrorum ſilveſtrium, malorum, & nucum;
uibus rebus, quocumque tempore in ſil-
as commigrent, abundant. Atque hi fru-
ctus modò in arboribus adhuc pendent,
nodò in foliis, quæ lapſa multa & alta
umi jacent, congeſti inveniuntur. Multa
& ferarum omnis generis venatio propter
limoniæ copiam ſuppetit.* Hæc Strabo
le regionis probè ſibi compertæ uber-
ate, quibus eorum vanitas refellitur,
qui Amazonas, quòd maza carerent,
eu ἄνευ μάζης; aut Sauropatidas ab
ſitandis præ inopia lacertis dictas com-
nentantur. Qua de re ſuprà eſt à no-
bis notatum.

De Montibus Amazonum ſic idem
uctor lib. 11. tradit: Τὴν δὲ Θεμίσκυραν
καὶ τὰ περὶ τὸν Θερμώδοντα πεδία καὶ τὰ ὑπερ-
κείμενα ὄρη, ἅπαντες Ἀμαζόνων καλοῦσι.
*Omnes verò Themiſcyram, & qui circa
Thermodontem campi patent, tum qui im-
minent regioni montes, Amazonum vo-*

*cant.* Sed de locis Amazonum nomi ne dictis, infrà ſeorſum poſtea dice mus. Non tamen alienum ab hoc loco de Thermodonte fluvio, ad quem ex adverſo, ſive è regione Themiſcyra ſita eſt, proſequi; cùm præſertim hunc amnem Dionyſius Amazonum patriam appellet hoc verſu:

Πλαγχθεῖσαι πάτρηθεν, ἀπόπροθι Θερμώδοντος.

Ac primùm, quod ad nomen attinet, hunc priùs Cryſtallum vocatum fuiſſe auctor eſt Plutarchus in libro de Fluminibus, ubi de Thermodonte: Ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Κρύσταλλος· ἐκεῖνος γὰρ καὶ θέρους πήσσεται. *Priùs Cryſtallus vocabatur, quòd in ipſa etiam æſtate frigore concreſcat.* Hujus & meminit Euſtathius, vel potiùs ab eo ſcriptore acceptum in ſuos tranſtulit commentarios ad Dionyſium, qui ejuſdem fluminis κρυμώδεας ὄχθας vocat. Ad quæ verba Euſtathius: Κρυμώδεις δὲ τὰς τοῦ Θερμώδοντος ὄχθας καλεῖ, διότι ὡς οἱ παλαιοί φασι, καὶ θέρους πήσσεται. Et mox: Διό, φασὶ, καὶ Κρύσταλλος ποτὲ ὁ Θερμώδων διὰ τοῦτο ἐκλήθη. i. e. *Glaciales Thermodontis*

*das vocat, quia ab antiquis etiam pro-*
*tum eſt, hunc fluvium ipſo æſtatis tem-*
*re glaciari. Vnde & Chryſtallus, in-*
*iunt, Thermodon iſte olim dictus eſt.*
ſe verò Dionyſius de hoc fluvii hu-
s antiquo nomine nihil: ſolùm, cùm
vehementer gelidus, ad ejus ripas
yſtallum lapidem gelu inſtar concre-
m reperiri dicit.

Κείνου δ' αὖ ποταμοῖο περὶ κρυμώδεας ὄχθας
Τέμνοις κρυςάλλου καθαρὸν λίθον, οἷά τε πάχνην.

e. *Illius autem fluvii circa gelidas ripas,*
*yſtalli nitidum lapidem, glaciei in mo-*
*m ſecare licet.* Hunc etiam Ararem
ntiquitus vocatum fuiſſe Scholiaſtes
pollonii ad lib. 2. Argonaut. neſcio
nde edoctus refert. Hodie Pormon
ci nominis corruptione notant Re-
entiores. Cæterùm non caret admi-
tione, quòd qui priùs amnis, ob
igoris ſævitiam, cryſtallus dicere-
r, poſtea contrariam adeptus appel-
tionem, Thermodon (cui nomini
eſt caloris ſignificatio) dictus ſit. Id
ctor ille libri de Fluminibus expo-
erat; nobis invidit vetuſtas, meliore

capitis illius parte abſumpta. Interi
ex eo auctore diſcimus, Tanaim an
quitus Amazonium fuiſſe nominatun
quòd in eo ſolo Amazones lavarentu

De magnitudine autem hujus an
nis, undarumque divortiis & amfra
bus, quibus Amazonum regiones ſec
priuſquam in Pontum incidat, vide
in primis convenit eundem Apoll
nium dicto loco, ubi multus eſt & d
ligens in ejus fluvii deſcriptione, c
alium in terris ſimilem eſſe negat; q
ſcilicet tot ab uno fonte fluentis in m
re prorumpat: centum quippe in a
veos quatuor minùs, evolvi teſtatur
quod non memini me apud alium ſcr
ptorem legere.

Τῆς οἵγ᾽ ἐν κόλπῳ προχοαῖς ἔπι Θερμώδοντος
Κέλσαν· ἐπεὶ καὶ πόντος ὀρίνετο νισσομένοισι.
Τῷ δ᾽ οὔ τις ποταμῶν ἐναλίγκιος· οὐδὲ ῥέεθρα
Τοσσ᾽ ἐπὶ γαῖαν ἵησι παρὲξ ἔθεν ἄνδιχα βάλλων
Τετράκις εἰς ἑκατὸν δεύοιτό κεν, εἴ τις ἕκαστα
Πεμπάζοι· μία δ᾽ οἴη ἐτήτυμος ἔπλετο πηγή.

Hunc autem fontem caputque, unde to
undarum curſus procedunt, in Ama
zonum Montibus eſſe, mox ſubjungit

ι μθύ τ' ἐξ ὀρέων κατεισὶ οισεται ἤπειρον δὲ
ὑψηλοῖν, ἅτε φασὶν Αμαζόνια κλείεσ.

ıa autem loci conditione & ingenio
m amnis ab uno fonte ortus in tot
at fluenta, ibidem Apollonius decla-
his verſibus:

Ειθεν δ' αἰπυτέρην ἐπικίδναται ἔνδοθι γαῖαν
Αντικρύ· τῷ καὶ οἱ ἐπίστροφοί εἰσι κέλευθοι
Αἰεὶ ἄλλυδις ἄλλη, ὅπη κύρσειε μάλιστα,
Ηπείρου χθαμαλῆς εἱλίσσεται· ἡ μὲν ἄπωθεν,
Η δὲ, πέλας. πολέες δὲ πόροι νώνυμνοι ἔασιν,
Οππη ὑπεξαφύονται· ὁ δ' ἀμφαδὸν ἄμμιγα παύροις
Πόντον ἐς ἄξεινον κυρτὴν ἀπερεύγεται ἄκρην.

ıæ Scholiaſtes in pauciora, magiſ-
e clara verba confert hunc in mo-
m: Ἐκ τῆς ἀνωτάτω (φησὶ) πηγῆς κα-
ντικρὺ φερόμενον τὸν Θερμώδοντα ὑψηλὴ
οδέχεται γῆ. ὅθεν πολλὰς ἔχει ἀπορρύ-
ις καὶ ἐπιρροφὰς, διὰ τὸ ὕδωρ ἐκτρέ-
δαι. i. e. *Ex altiſſimo fonte, ex adverſo latum Thermodonta ſublimis excipit ter-; quo fit ut multiplici lapſu defluat, ac rias in partes flectatur, quod aquarum ıpetus terrarum obſtaculis à recto curſu diverſa trahatur.*

Cæterùm non parum ipſe Apollo-

nius à Strabone abit diverſus in flu
hujus deſcriptione : hic namque in ex
tu ipſo à fonte Thermodonta in latu
ſpatium, aquarum abundantiâ excre
cere dicit, poſtea ex editis locis c
dendo, ut dictum eſt, in multiplic
undarum tractus diſtrahi : Strabo a
tem lib. 12. diſertè ex multorum fl
viorum, qui montana in regione oriu
tur, confluxu unum amnem Therm
donta enatum, exinde in campos A
mazonum ferri ſcribit : *Ἐκ μὲν οὖν τ
των πληρούμενος ἁπάντων εἰς ποταμ
διέξεισι τὸ πεδίον Θερμώδων καλούμενο*
Tanta interdum auctorum de reb
manifeſtiſſimis diſſenſio eſt. Strabo
autem ſummo Geographo, atque i
iis regionibus educato, fidem potiu
quàm Poëtæ adhibendam quis dub
tet? Illud interim conſtat, ingente
eſſe hunc fluvium, utpote quem Xe
nophon lib. 5. *ἀναβασ.* latum tria ple
thra, hoc eſt, paſſ. LX. tradat : *Ἥξει
ἐπὶ ποταμοὺς, πρῶτον μὲν τὸν Θερμώδοντα
εὖρος τριῶν πλέθρων.* Magna igitur hui
fluvio ab Amazonum juxtà habitan

m factis claritas acceſſit; à quibus
am ἐνυάλιος, *Martius*, *bellicoſus* di-
ur Dionyſio:

ἔνθ' Ἀμαζονίδεσσιν ἀπ' οὔρεος Ἀρμενίοιο
λευκὸν ὕδωρ προΐησιν ἐνυάλιος Θερμώδων.

χ ὅτι αὐτὸς τοιοῦτος, ἀλλ' ὅτι μάχιμοι
τούτου πίνουσαι Ἀμαζόνες. *Non quia*
*talis, ſed quia quæ ex hoc bibunt A-*
*zones, præliis exercitatæ ſunt.*

## CAPUT XXIX.

### *e Themiſcyreo campo, & diverſis Amazonum habitationibus.*

DE ſitu autem Themiſcyræ urbis,
addo, hanc in edito loco, ſive
omontorio ſitam fuiſſe: id enim A-
llonius 2. Argonaut. haud obſcurè
dicat his verſibus:

ὅπη δὲ στόμα Θερμώδοντος
Κόλπῳ ἐν εὐδιόωντι Θεμισκύρειον ἐπ' ἄκρην
Μύρεται.

i etiam fuiſſe campum Dœantis; ac

non longè tres urbes Amazonibus h
bitatas :

Ενθα ᾗ Δοίαντος πεδίον· χεδόθεν δὲ πόληες
Τειοσαὶ Αμαζονίδων.

Rurſus in eodem libro de iiſdem Am
nonibus :

πεδίον Δοιάντιον ἀμφενέμοντο.

Scholiaſtes de hoc epitheto : Δοίας
Αλκμων, ἀδελφοί· τίνος ᾗ πατρὸς, οὐ φ
ρε), ὥς φησι Φερεκύδης. *Dias & Alcmo*
*duo fratres fuerunt: quo autem patre, i*
*certum, ut Pherecydes ait.* De oppid
autem ad eum campum ſitis ſic dei
ceps idem Scholiaſtes : Πλησίον ᾗ Δοία
τος πεδίου εἰσὶ τρεῖς πόλεις, ἔνθα κατ
κουν αἱ Αμαζόνες, Λυκαστία, Θεμισκύρ
καὶ Χαλυβία. i. e. *Iuxta Dœantis cam*
*pum tres ſunt urbes, in quibus AmaZ*
*nes habitabant, Lycaſtia, Themiſcyra,*
*Chalybia.* Ubi Chalybiæ nomine inte
ligit eam regionem, quam Chalyb
tenent; de quibus non eſt nunc diſſ
rendi tempus. Obiter nota aliter no
minari urbes Amazonum in eo tract
apud Plinium, loco ſuprà allato. Q

re aliis, qui otio magis abundant, nſiderandum relinquo.

Illud magis ad rem pertinet, quod ɛm Apollonius notat, non ſimul ha- aſſe Amazonas in eadem urbe, ſed fariam diviſas fuiſſe totidem oppi- s, à quibus etiam nomina iis indita. arum namque aliæ Θεμισκύρειαι dice- ntur, ab urbe Themiſcyra: aliæ Λυ- σιαι, ab urbe Lycaſtia, de qua mo- dictum eſt; vel, ut Scholiaſtes opi- tur, à quodam loco in Leucoſyria, e Cappadocia: aliæ denique Χαδη- αι, ita dictæ à verbo χαδέειν, deri- ɪto à χάζω, quod ſignificat *recedere* ɛl *capere*. Verſus adſcribam.

Ἔνθα Θεμισκύρειαι Ἀμαζόνες ὡπλίζοντο.
Οὐ γὰρ ὁμηγερέες μίαν ἀμπόλιν, ἀλλ' ἀνὰ γαῖαν
Κεκριμέναι κατὰ φῦλα διάτριχα ναιετάεσκον·
Νόσφι μὲν αἵδ' αὐταί· τῇσιν τότε κοιρανέεσκεν
Ἱππολύτη, νόσφιν δὲ Λυκάσιαι ἀμφενέμοντο,
Νόσφι δ' ἀκοντοβόλοι Χαδήσιαι. ἤματι δ' ἄλλῳ
Νυκτί τ' ἐπιπλομένῃ Χαλύβων παρὰ γαῖαν ἵκοντο.

Quibus poſtremis verſibus ſignificat, arum partem habitaſſe in Chalybum erra, nempe in urbe Chalybia, quam

unam ex earum urbibus fuiſſe, moc ex Scholiaſte annotabamus. Quamo rem non videtur nomen Χαδησίαι pe tinere ad illam Amazonicæ habitati nis diviſionem, ſed commune eſſe or nium epithetum. Quod haud obſcu Scholiaſtes ipſe indicat his verbis Χαδησίας δὲ αὐτὰς εἶπεν Ἑκαταῖος ἀπὸ χαδῆσαι.

Idem Apollonius meminit inſu cujuſdam deſertæ, quæ à nomine Ἀρη quod eſt Mars, Aretias diceretur; qua lapideum Deo templum ab Otre & Antiope Amazonum Reginis cond tum fuiſſe tradit:

> Τοὺς παραμειβόμενοι λιαρῇ ἐπικέλσαντε νήσῳ
> Μήτι παντοίῃ μετ' ἀναιδέας ἐξελάσαντες
> Οἰωνοὺς, οἳ δῆθεν ἀπειρέσιοι ἐφέποισι
> Νῆσον ἐρημαίην. τῇ μέν τ' ἐνὶ νηὸν Ἄρηος
> Λάϊνεον ποίησαν Ἀμαζονίδων βασίλειαι
> Ὀτρήρη τε καὶ Ἀντιόπη.

Nec temere id templum Marti ab i dicatum, quem & generis ſui auctc rem jactarent: ſe enim ejus Dei ſobc lem credi volebant, eodem teſte Apo lonio eodem lib.

C

Οὐ γὰρ Ἀμαζονίδες μάλ᾽ ἐπητέες, οὐδὲ θέμιστας
Τίουσαι, πεδίον Δοιάντιον ἀμφενέμοντο·
Ἀλλ᾽ ὕβρεις στονόεσσα, καὶ Ἄρεος ἔργα μέμηλε·
Δὴ γὰρ καὶ γενεὴν ἔσαν Ἄρεος Ἁρμονίης τε
Νύμφης.

d autem & aliorum veterum monu-
nentis ſatis vulgatum, licèt fabulo-
um. Nam & Lyſias Orator in Pane-
yrico, & Quintus Smyrnæus in Pa-
alipomenis Homeri, & alii complu-
es, huic vulgatæ opinioni, parum de
eritate curantes, teſtimonium red-
unt; dum paſſim earum, ut à Marte
enus ducentium, mentionem faciunt.
Quò etiam ſpectat ἐνυαλίου epithetum,
uod Dionyſius dat Thermodonti,
uia ad eum Amazones habitabant: &
omen Areopagi Athenis, quod ei
oco inditum fuiſſe ab Amazonibus quo
empore bellum in Attica gerebant,
uctor eſt Euſtathius ad Dionyſium:
πλανήθησαν δὲ, φασὶν, αἱ Ἀμαζόνες, ἡ-
τι κατὰ τῆς Ἑλλάδος ἐστράτευσαν περιοδεύ-
σασαι τὰ βόρεια, καὶ διὰ τοῦ Ἴστρου περαιω-
θεῖσαι, ἀφ᾽ ὧν, ὡς ἐξ Ἄρεος καταγομέ-
ων, καὶ ὁ Ἄρειος πάγος ἐν Ἀθήναις ὠνό-

*μαςῳ , οἷα μέχρι καὶ ἐκεῖ ἐλθουσῶν.* i. e. *Amazones, aiunt, variis locis errarunt, au quia exercitum contra Græciam duxerunt, parte mundi boreali peragrata, ac Iſtro trajecto. A quibus etiam, ut genus à Marte ducentibus, Areopagus Athenis dictus eſt, ut quæ armis eò uſque penetraverint.* Sed de locis & oppidis quibus nomen dederunt, infrà. De Martis ſtirpe quâ, ut dixi, gloriabantur, quo id in opinione hominum & fama verſatum magis credamus, velim hanc gemmæ ſculpturam ſanè antiquam, doctorum judicio, qui nobis hujus copiam fecerunt, conſiderari.



Me autem debere fateor humanitati viri optimi atque eruditiſſimi Cl. Molineti, qui hanc nobis è Cimeliarchio S. Genovefæ protulit. In hoc igitur ſigillo (nam ſigillum eſſe inverſa literarum ſeries indicat) Martis planetæ ſymbolum, quale pingitur in libris Aſtronomorum, nemo, opinor, non agnoſcit,

## CAPUT XXX.

### *De urbe Epheſo, & Templo Epheſiæ Dianæ.*

IN hac urbium recenſione, quæ conditæ ab Amazonibus, & nomen naſtæ traduntur, ab Epheſo, ut totius onıæ clariſſima, incipiendum videtur. Sanè hanc Plinius Aſiæ lumen vocat: ui Stephanus ſubſcribit; Εφεσος, πόλις ωνίας ἐπιφανεστάτη. Tametſi hanc Heodotus Lydiæ urbibus annumerat. Hanc à Smyrna Amazone habitam nitio atque nominatam Strabo teſtaur: primùm enim nomine illius Amazonis dictam fuiſſe, ipſoſque Epheios inde Smyrnæos. Qua de re teſtem itat Callinum Poëtam in Oratione d Jovem: Καὶ Καλλῖνός που οὕτως ὠνόμαζεν αὐτὴν, Σμυρναίους τοὺς Εφεσίους αλῶν ἐν τῷ πρὸς Δία λόγῳ,

Σμυρναίους δ' ἐλέησον.

Tum mox de Amazone: Σμύρνα δ' ἦν

Ἀμαζὼν, ἡ κατασχοῦσα τὴν Ἔφεσον· ἀφ' ἧς τοὔνομα καὶ τοῖς ἀνθρώποις καὶ τῇ πόλει, &c. Stephanus: Ἐκλήθη δὲ ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων, ἣν καὶ βασίλισσαν, καὶ πρόσπολον Ἀρτέμιδος εἶναί φησιν· ἐσχηκέναι δὲ καὶ θυγατέρα Ἀμαζόνα, ἀφ' ἧς αἱ Ἀμαζόνες. i. e. *Smyrna dicta eſt Epheſus ab una Amazonum, quam Reginam, & Dianæ Sacerdotem fuiſſe aiunt: tum filiam habuiſſe Amazonem, quæ nomen aliis Amazonibus dederit.* Ita Stephanus, ex quo etiam Euſtathius comment. ad Dionyſium. Obiter notanda ex hoc loco alia origo nominis Amazonum.

At Plinius diſertè ab Amazonibus conditam Epheſum; neque unum, ſed plura huic nomina fuiſſe lib. 5. cap. 29. prodit his verbis: *Epheſus Amazonum opus, multis antè expetita nominibus; Alopes cùm pugnatum apud Trojam eſt, mox Ortygia, & Morges vocata eſt, & Smyrna cognomine Trachea, & Samornion, & Ptelea.* De hac nominum varietate ſimilia ferè apud Stephanum: Ἐκαλεῖτο δὲ Σμύρνα, ἀπὸ Σμύρνης τῆς Ἀμαζόνος· ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορνα, καὶ Τραχεία, καὶ

Ορτυγία, καὶ Πτελέα. Quo ex Stephani
oco emendatur Plinianus in voce Sa-
nornion pro Samorna.

Quod ad nomen Ptelea attinet, ſunt
qui non urbis ipſius nomen, ſed re-
gionis cujuſdam in ea urbe, immo &
liorum eandem eſſe rationem cen-
eant. Qua de re pluribus ſuo more
iiſputat Salmaſius in primo tomo Pli-
iianarum Exercitationum, nempe de
Alopes quidem appellatione ſic exiſti-
nandum; quod Plinius, & quos ſequi-
ur auctores, Epheſum belli Trojani
emporibus Alopen dictam tradunt,
ac conjectura inductos, quòd Home-
us Amazones, à quibus habitata aut
ondita eſt Epheſus, ex Alope profe-
tas dicat:

Ελθοντ' ἐξ Αλόπης ὅτ' Αμαζονίδων γένος ἐστί.

Cæterùm veteres aliter Αλόπην in eo
erſu interpretati ſunt; nempe τ̃ με-
ταξὺ Μυσίας καὶ Καρίας ἢ Λυκίας παρὰ-
λίαν. Nec deſunt qui urbem quoque
oc nomine in Ponto eſſe dicant, un-
le Penteſilea. Ad hunc modum & de
liis nominibus vir magnus facem no-

bis præfert. *Ceterùm* ( inquit ) *diverſæ illæ omnes quæ recenſentur urbis Epheſinæ appellationes, loca urbis fuere diverſa ſic appellata.* Σμύρνη τόπος *Epheſi fuit, Hipponacte teſte, qui Epheſo oriundus fuit:* Τρηχεία *mons Epheſi Creophylo apud Athenæum:* ἐπέδραμε τοῦ ὄρεος ἐπιπολὺ, ὃ δὴ καλεῖται Τρηχεία. *Ortygia* ἄλσος *fuit ante urbem, in quo adytum, & fortaſſe* μαντεῖον. Σάμορνα *vel* Σάμορνος, *Epheſi portus.* Σισύρβη *etiam pars Epheſi fuit.* Πτελέα *denique locus, in quo ædificatum fuit Dianæ templum; unde urbs Ptelea. Stephanus auctor:* Καὶ Πτελέη, ὁ πολίτης Πτελεαῖος, ἐν ᾧ ᾗ Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐκεῖ. Hactenus eruditiſſimus Salmaſius.

Ex his Dionyſii Afri illuſtratur locus de templo Epheſiæ Dianæ, ædificato ab Amazonibus in ulmi ſtipite, quem miror Salmaſii diligentiam fugiſſe. Verſus adſcribam:

Τῶν ἀμφοτέρων γε βορειοτέρην ἐσίδοιο
Παῤῥαλίην Ἔφεσον, μεγάλην πόλιν Ἰοχεαίρης.
Ἔνθα θεῇ ποτὲ νηὸν Ἀμαζονίδες τετύκοντο,
Πρέμνῳ ἔνι πτελέης, περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα.

Qui verſus ſic Latinè ſonant: *His am-*

*habus magis borealem aſpicies maritimam Epheſum, magnam Dianæ urbem; ubi Deæ quondam templum AmaZones ſtruxerunt, in ulmi ſtipite, ingens hominibus miraculum.* Ac de templo ipſo, quod ſit ab Amazonibus conditum, alii etiam tradunt; Mela quidem lib. 1. cap. 15. ſic: *Ibi Epheſus & Dianæ clariſſimum templum, quod Amazones Aſia potitæ conſecraſſe traduntur.* Solinus quoque cap. 43. *Epheſus, in ea urbs clariſſima eſt. Epheſo decus templum Dianæ, Amazonum fabrica, adeò magnificum, ut Xerxes, cùm omnia Aſiatica templa igni daret, huic uni pepercerit.* Id etiam Epheſii videntur voluiſſe indicare peculiari nummo, hoc ſcilicet, quem in Juliæ



Domnæ honorem percuſſere; in quo Amazon expreſſa eſt, taurum ſiſtens ad Dianæ idolum: ſiquidem Amazonis eſt ea effigies, non autem urbis ſive populi ſymbolum.

Quod autem in ulmi ſtipite, quovis ænigmate obſcurius & perplexius videri poſſet, niſi ex dictis pateret, Epheſum, vel ejus regionem quandam, olim Pteleam (quod nomen Græcis ulmum ſonat) vocatam fuiſſe. Quoſdam tamen eo loco Dionyſii non *ναὸν*, *templum*, ſed *βωμὸν*, hoc eſt, *aram*, legiſſe apparet in editione Henr. Stephani, qui ad oram codicis è regione verſus, *βωμὸν* notavit; ut non templum, ſed ara in ulmo ſtructa intelligatur. Cæterùm Callimachus hymno in Dianam, non templum, non aram, ſed *βρέτας*, hoc eſt, ſtatuam Dianæ ſub arboris trunco ab Amazonibus conſecratam refert; tum eam arborem, non ulmum, ut Dionyſius, ſed fagum appellat:

*Σοὶ καὶ Ἀμαζονίδες πολέμου ἐπιθυμήτειραι*
*Ἔν ποτε παῤῥαλίῃ Ἐφέσου βρέτας ἱδρύσαντο*
*Φηγῷ ὑπὸ πρέμνῳ.*

1 hoc verò nulla eſt difficultas, nul-
a admiratio : quid enim magis prom-
tum, quàm ſimulacrum ſub fago con-
ituere ad venerationem? Sed ingens
rofectò ſcriptorum diſſenſio, aliis
)ianæ templum ab Amazonibus con-
itum dicentibus, aliis aram aut ſimu-
crum duntaxat conſecratum. Qui-
am ſic eos conciliare conantur, ut
elint Amazonas ſimulacro Dianæ vo-
iſſe, ut ſacram ædem ei dedicarent.
a Claudius Menetreius in expoſitio-
e ſymbolorum ſtatuæ Dianæ. Mihi
robabilius videtur, initio conſecra-
im ab Amazonibus Dianæ ſimula-
rum tantùm; poſtea autem & tem-
lum illi ab iiſdem conſtructum non
1 arbore ulmo, ut Dionyſii verba ſo-
ant, ſed in ea Epheſi urbis parte,
uam πτελέων, hoc eſt, ulmum, di-
tam fuiſſe oſtendimus.

Cæterùm cùm audis Epheſiæ Dia-
æ templum ab Amazonibus condi-
um, cave illud templum cogites,
uod inter orbis miracula habitum fuit,
uadringentorum ac viginti annorum

ſpatio à tota Aſia, auctore Plinio lib. 36. perfectum: ſed quale à mulieribus barbaris illo ævo fieri potuit. Tametſi Dionyſius loco allato ipſum Amazonum templum περιώσιον ἀνδράσι θαῦμα, *ſingulare viris miraculum* vocat; & Solinus Epheſo decus, illud ipſum templum fuiſſe dicit. Mihi autem veriſimilius videtur, non uno tempore neque ab iiſdem fuiſſe ad tantam operis magnificentiam perductum; conatum Amazonibus & exemplum tribui poſſe; cætera quæ admirationem facerent, poſteriùs & variis temporibus addita. Sed locum illum Plinii lib. 36. cap. 19. adſcribere placet, ex quo aliqua ejus admirabilis ſtructuræ idea & ſpecies concipiatur. *Magnificentiæ vera admiratio extat templum Epheſiæ Dianæ ducentis, vel, ut alii volunt, quadringentis viginti annis factum à tota Aſia. In ſolo id paluſtri fecere, ne terræ motus ſentiret, aut hiatus timeret. Rurſum ne in lubrico atque inſtabili fundamenta tantæ molis locarentur, calcatis ea ſubſtravere carbonibus, dein velleribus lanæ. Uni-*

*verſo templo eſt longitudo quadringento-um viginti quinque pedum, latitudo du-entorum viginti. Columnæ centum vigin-i ſeptem à ſingulis Regibus factæ; ſexa-inta pedum altitudine; ex iis trigi ta ex cælatæ.* Nec pigebit quæ idem de nateria ejus templi lib. 16. tradit, ſub-ectere: *Buxum maximè æternam pu-ant, ebenum, & cupreſſum, cedrumque, laro de omnibus materiis judicio in tem-lo Epheſiæ Dianæ, utpote cùm totâ Aſiâ xtruente quadringentis annis peractum it. Convenit tectum ejus eſſe de cedrinis rabibus. De ipſo ſimulacro Deæ ambigi-ur. Cæteri ex ebeno eſſe tradunt. Mutia-us ter Conſul, ex his qui proximè vi-o eo ſcripſere, vitigineum & nunquam nutatum, ſepties reſtituto templo.* Miror nterim Plinium hîc tacere de Xeno-honte, qui idolum iſtud Dianæ Ephe-iæ aureum fuiſſe tradit, lib. 5. Αναβασ. bi templum & ſignum quod eidem Deæ Scilunte poſuerat, cum illis quæ Epheſi erant, comparat: Ο δὲ ναὸς, ὡς μικρὸς μεγάλῳ, τῷ ἐν Εφέσῳ εἴκασαι, ὁ τὸ ξοανὸν ἔοικεν, ὡς κυπαρίσσινον χρυ-

*σοῦ ὄντι τοῦ ἐν Ἐφέσῳ.* i. e. *Iſtud veri templum, cùm ſit parvum, ad magni il- lius quod Epheſi eſt, ſimilitudinem con- ſtructum eſt, ipſumque Deæ ſimulacrum Epheſino ſimile, quantùm cypreſſinum au- reo eſſe poteſt.* De valvis autem idem Plinius ſic paulò infrà ſubjungit: *Val- vas eſſe è cupreſſo, & quadringentis pro- pè annis durare materiam omnem nova ſimilem. Id quoque notandum, valvas in glutinis compage quadriennio fuiſſe.* Ac- cepit à Theophraſto, cujus hæc ſunt verba lib. 5. cap. 5. de hiſt. plantarum: *Τούτων δὲ χρονιώτατα δοκεῖ τὰ κυπαρίττινα εἶναι. τὰ γοῦν ἐν Ἐφέσῳ ἐξ ὧν αἱ θύραι τοῦ νεὼ τεθησαυρισμέναι, τέτταρας ἔκειτο γενεάς.*

Utinam verò (quando accidit, ut templi ejus mentionem faceremus) in- teger nobis extaret libellus Philonis Byzantii de ſeptem Orbis Miraculis, & non eo capite, in quo ejus deſcri- ptionem dabat, mutilus eſſet: ſed ta- men ex iis quæ ejus capitis ſuperſunt, intelligi poteſt, quantæ id opus molis & miraculi fuerit. Hæc igitur ſubjun- gere viſum eſt.

## ΘΕΑΜΑ ϛʹ.

### Ὁ ἐν Ἐφέσῳ ναὸς τῆς Ἀρτέμιδος.

Ὁ τῆς Ἀρτέμιδος ναὸς ἐν Ἐφέσῳ μόνος ἐστὶ θεῶν οἶκος. πεισθήσεται γὰρ ὁ θεασάμενος τὸν τόπον ἐνηλλάχθαι, καὶ τὸν οὐρανὸν τῆς ἀθανασίας κόσμον ἐπὶ γῆς ἐπηρεῖσθαι. Γίγαντες γὰρ, ἢ τῶν Ἀλωέως παίδων οἱ τὴν εἰς οὐρανὸν ἀνάβασιν ἐργάσαντο ὄρεσι χωννύοντες τὸν οὐ ναὸν, ἀλλ᾽ Ὄλυμπον· ὥστε τῆς μὲν ἐπιβολῆς τολμηρότερον εἶναι τὸν πόνον, τοῦ πόνου δὲ τὴν τέχνην. τὸ γὰρ ἔδαφος τῆς ὑποκειμένης γῆς λύσας ὁ τεχνίτης, καὶ τὰ βάθη τῶν ὀρυγμάτων καταβιβάσας, εἰς ἄπειρον ἐβάλετο τὴν κατώρυγα θεμελίωσιν, ὀρῶν λατομίας δαπανήσας εἰς τὰ κατὰ γῆν καλυπτόμενα τῶν ἔργων. ἐρείσας δὲ τὴν ἀσφάλειαν ἀσάλευτον καὶ προϋποθεὶς τὸν Ἄτλαντα τοῖς βάρεσι τῶν μελλόντων ἐπαπερείδεσθαι, πρῶτον μὲν ἔξωθεν ἐβάλετο κρηπῖδα δεκάβαθμον διεγείρων πρὸς βάσιν μετεωροφανὲς, καὶ περὶ . . . . . . . .

Quæ ſic Latinè vertit eximia vir eruditione Holſtenius, cujus induſtriæ hunc Philonis Byzantii libellum debemus.

## VI. MIRACULUM.
### Templum Epheſiæ Dianæ.

*Dianæ Epheſiæ templum, unicum eſ deorum domicilium. Quiſquis enim ſpectaverit, credet permutatis invicem locu mundum cœleſtem immortalium deorum in terras demigraſſe. Nam Gigantes ve Aloïdæ cœlum conſcendere aggreſſi, aggeſtis montibus non templum, ſed olympum ſtruxere; ita ut labor inceptum, ars laborem audaciâ ſuperet. Artifex enim dimoto ſolo quod ſuberat, actiſque in immenſam profunditatem foſſis, fundamenta altioribus cuniculis jecit, ita ut montium lapidicinas operibus ſubterraneis exhauriret. Sed ſtrato inconcuſſæ ſoliditatis firmamento, & præſuppoſito Atlante ad ſuperincumbituri operis pondera ſuſtinenda, principio quidem crepidinem decem graduum extrinſecus poſuit, quæ baſis elevatioris vice fungeretur*, &c. Reliqua ejus capitis, quod accuratam templi deſcriptionem continebat, nobis invidit vetuſtas: ſed tamen ex his fundamentis quæ ibi exponuntur, quivis facilè æſtimare po-

eſt, quantam ædificii ſuperſtructi mo-
em & magnificentiam eſſe oportue-
it, cui ſuſtinendæ montes ipſi lapidi-
inis exhauſti vix ſuffecerint, atque
pſa terræ natura ſinu altiùs in immen-
am profunditatem effoſſo laborave-
it.

Nunc igitur, quando res nobis tem-
orum injuriâ ad nummos, tanquam
d Triarios rediit, templi formam,
ualem nummi ſanctioris monetæ à
octis propoſiti exhibent, ſtudioſorum
culis ſubjicere viſum eſt.



# CAPUT XXXI.

*De Smyrna, & Aſia urbibus; item de palude Aſia, & prato. Cur in quibuſdam nummis Amazon exprimitur templum manu ſuſtinens.*

POSTQUAM de Epheſo totius Ioniæ urbium clariſſima diximus, conſequens videtur, ut ad alias Amazonum nomen præferentes veniamus; quarum aliquot Strabo ipſe lib. 11. refert hunc in modum: Ἀλλὰ μὴν ταῦτά γε αὐτὰ καὶ νῦν λέγεται περὶ αὐτῶν (Ἀμαζόνων.) ἐπιτείνει δὲ τὴν ἰδιότητα, καὶ τὸ πιστεύεσθαι τὰ παλαιὰ μᾶλλον, ἢ τὰ νῦν. κτίσεις γοῦν πόλεων καὶ ἐπωνυμίαι λέγονται, καθάπερ Ἐφέσου, καὶ Σμύρνης, καὶ Κύμης, καὶ Μυρίνης, καὶ Πάφου, καὶ ἄλλα ὑπομνήματα. i.e. *Quin eadem nunc de iis prædicantur: auget verò rei ſingularis admirationem, quod antiquis quàm recentibus fides faciliùs adhibetur: urbes quidem ab iis conditæ denominatæque ferun-*

*r, Epheſus, Smyrna, Cuma, Myrina,*
*aphus; aliaque exſtant monumenta*, &c.
Hunc itaque de Smyrna & aliis, qua-
um aliquam notitiam ex veterum mo-
umentis accipere potuimus, dica-
mus.

Quòd igitur Smyrna inter Ioniæ
rbes clara, ab Amazone fundata ap-
ellataque ſit, non ſolùm Strabo ut
em vulgò creditam & famâ proditam
efert; ſed etiam Stephanus Byzantius
t certam confirmat: Σμύρνα (inquit)
όλις Ἰωνίας, ἣν πρώτην ἔκτισε καὶ ᾤκι-
ε Τάνταλος. καὶ τότε μὲν Ναύλοχον, ὕστε-
ον δὲ Σμύρνα προσηγορεύθη, ἀπὸ Σμύρ-
ης Ἀμαζόνος κατασχούσης τὴν Ἔφεσον. i. e.
*myrna urbs Ioniæ, quam primam condi-
it, & habitavit Tantalus. Ac tunc qui-
em Naulochum, poſtea verò Smyrna di-
ta eſt à Smyrna Amazone Epheſo potita.*
Quin antiqui nominis hujus veſtigia
dhuc retinet nomen recens hujus ur-
is: nunc enim Iſmir dici notant viri
octi, paulum detorto à Smyrna vo-
abulo. Idem ex veteribus nummorum
ormis confirmare licet, quorum ma-

gna apud doctos ſemper fuit aucto
tas ad fidem faciendam; maxima hi
ce temporibus, præſertim apud urb
nioris notæ homines, quibus nihil ha
ce in rerum antiquarum inveſtigatio
ſatis conſtitutum videtur, niſi idem a
quo nummorum aut aliorum ejuſm
di monumentorum teſtimonio etia
demonſtretur. Horum igitur exem
plo inductus, atque patrocinio fr
tus, quodcumque nummorum occu
ret, quod ad Amazonas quoquo m
do pertinere videbitur, audacter pr
feram.


De Smyrna igitur, quòd inter u
bes ab Amazonibus conditas & nom
natas, meritò referatur, plures ſur
nummi qui fidem faciant. Ac primùn
is, quem ſuprà ex Petri Seguini vi
eruditiſſimi Muſeo proferebamus, cùn
de Amazonia ſecuri ageremus, à Smyr
næis percuſſus, quem hîc reponer
nihil neceſſe eſt, cùm cuivis prom
ptum ſit reviſere eum locum, ubi eju
ſimilitudinem appoſuimus, vel etian
apud ipſum Seguinum contemplari

ed idem alio è Gaza literaria Amici
oſtri confirmare libet.




orrò in hoc genere dignus in primis, ui attentiùs conſideretur, luculentus iordiani Imperatoris nummus, cujus uper copia nobis facta eſt. In hoc duæ pparent mulieres ſtantes ex adverſo, mbæ turrito capite : ſed ea, quam roxima inſcriptio Smyrnæ urbis ſymolum eſſe docet, dextrâ extentâ temlum ſuſtinet, lævâ peltam & bipenem; quod ejus urbis fundamentum c nomen ab Amazone poſitum non bſcurè confirmat; eoque magis, quòd lterius mulieris effigies nihil ſimile abet. Cùmque iſta cultum militarem ræferat; illi mulierum ritu veſtis d pedes imos demiſſa: ſed & ſiniſtrâ nanu haſtam, dextrâ pateram tenet;

dem præterea ad pedes ara accenſa:
roſtrum navis: ponè hanc inſcripti
ACIA; juxta alteram ΣΜΥΡΝΑ:
prà in medio ΟΜΟΝΟΙΑ. Nemo i
tur non fateatur, vel hoc ſolo pel
& bipennis Amazoniæ indicio, Smy
nam ab Amazone conditam, vel ce
tè nominatam fuiſſe. Quod ut meli
omnes intelligant, nummi ipſius ſim
litudinem oculis ſubjiciendam curav
quam quidem Amici noſtri officioſ
ſedulitati debemus; ille autem doctr
na & pietate percelebri viro, Jobert
è Societate Jeſu, qui ipſi (quæ eſt eju
humanitas) hunc nummum inſignem
utendum dedit.



Lucro interim apponendum, quòd ſiam urbem olim nobiliſſimam fuiſ-ex hoc nummo edocemur. Neque im dubitandum videtur, quin quæ Aſia ex adverſo opponitur Smyr-, urbs potiùs, quàm pars noſtri bis cogniti, cenſeri debeat; ea ſci-et urbs, cujus Stephanus in hac voce entionem facit: Ἀσία πόλις Λυδίας ϖρὸς τῷ Τμώλῳ, ἐν ᾗ ἡ τρίχορδος εὑρέθη θάρα, &c. *Aſia, urbs Lydiæ juxta olum, in qua trichordos cithara in-nta fuit.* Quàm clara autem & cele-is olim fuerit, ex eodem auctore elligi poteſt; ſubdit enim paulò pòſt: ἐμπόριον κοινὸν τῶν τε Ἀσιανῶν, καὶ τῶν ἐρωπαίων καὶ Νομάδων. *Erat verò em-rium commune Aſianorum, Europæorum Nomadum.* Ita gentium è tribus or-noſtri partibus concurſu celebrem ſſe hæc lectio indicat, ſi recta eſt: d delendum καὶ ante Νομάδων, Stra-nis verbis ex lib. 11. pridem monuit lmaſius. Hinc admiratio viri erudi-tiſſimi Thomæ de Pinedo in com-ent. ad Stephanum: *Miror* (inquit)

*hanc tam celebrem urbem à nemine præ*
*Stephanum & Suidam memorari: & Su*
*das à noſtro accepit. Neſcio an à diphth*
*ra Jovis hanc urbem depromp ſerit auct*
*noſter.* Neque ego, neque alius fortaſ
quiſquam dixerit, unde acceperit St
phanus: ſed tamen non dubito, hu
habuiſſe ſuos auctores, quorum ſcrip
ad nos non pervenerunt. Interim P
nedo aſſentior, neminem exſtare a
ctorem, qui Aſiæ urbis fecerit me
tionem, præter Stephanum hunc,
Suidam qui ab eo accepit. Nam qu
à Ptolemæo memoratur ejus nomin
lib. 6. Αγρα, Αϱακκα, Ασία, nihil a
Aſiam hanc, de qua agimus, attine
hæc quippe Lydiæ urbs eſt in Aſia m
nore; illa in majore Aſia, nempe ur
Suſianæ provinciæ juxta Tigrim.

Interim de Aſia regione, in qua ur
ſita eſt, palude, & pratorum cycn
reſonantium amœnitate non tace
Poëtæ; in his Homerus lib. 2. Iliac
his verſibus:

Ασίῳ ἐν λειμῶνι, Καΰςρίου ἀμφὶ ῥέεθρα,
Ενθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι.

e cycnis & aliis avibus loquitur. Ma-
etiam imitatione Homeri, libro I.
eorgic.

*Iam varias pelagi volucres, & quæ Aſia circum*
*Dulcibus in ſtagnis rimantur prata Cayſtri.*

in ſeptimo magni operis:

*Ceu quondam nivei liquida inter nubila cycni*
*Cùm ſe ſe è paſtu referunt, & longa canoros*
*Dant per colla modos, ſonat amnis, & Aſia longè*
*Pulſa palus.*

Sed redeo ad illam effigiem, quæ nyrnam repræſentat: non ſolùm enim ltâ & bipenni fundatricem Amazoem teſtatur, ſed etiam dextrâ exporctâ templum ſuſtinet, non modò in oc nummo Gordiani, ſed etiam in is pleriſque ejuſdem urbis, quod iorſum ſpectet, meritò aliquis requit. Amicus noſter putat Amazonis fius eſſe id templum, quòd hanc po. ilares numinis loco haberent, & dinis honoribus proſequerentur, temo ſcilicet, arâ & cætero cultu. Pro iminibus autem habitas fuiſſe in urbus ſuis Amazonas, variorum nuiſmatum inductione probat, in qui-

bus nudæ Deorum ritu Amazones ſp
ctantur. Id enim proprium eſſe De
rum ſciſcit, ut nudæ eorum effigi
ponantur. Sic in hoc Smyrnæoru
nummo Amazon nuda vertice turr
to, bipennem dextrâ tenens, habit
& majeſtate Deæ ſedet.

pag 240




Hujuſmodi & hic Thyatirenorun
nummus in Galieni Imperatoris ho
norem ſignatus. Nam & hic Ama
zonem exhibet ſtantem, nudo cor
pore, manu altera bipennem, alte
ra frondoſum ramum tenentem; jux
ta autem, ſimulacrum Dianæ Ephe
ſiæ.

Se




Sed & alio hanc ſuam de Amazo-
um conſecratione conjecturam con-
rmat argumento; quod ſcilicet legi-
ır apud nuperum auctorem Relatio-
um Imperii Ottomanici, hiſce etiam
ːmporibus, Smyrnæ viſi ſupra por-
ım caſtelli ſive arcis, mulieris pro-
ɔmen, hoc eſt, ſuperiorem partem,
buſtum vulgò dicimus) coloſſea ma-
nitudine, hancque ab incolis, Smyr-
æ Amazonis quæ urbem condidit,
naginem credi : hoc, inquam, idem
'ir egregius in argumentum trahit

Amazonum conſecrationis, & divin
iis exhibiti cultus; quod ſolis Diis, au
qui in Deos meritorum admiratione
vel populorum adulatione relati ex ho
minibus eſſent, ſtatuæ coloſſales con
ſecrari ſolerent. Addit, in aliis num
mis pleriſque Deos Deaſque cerni a
hunc modum, ſuum templum tenen
tes. Cùm ergo ex his appareat, Ama
zones divinis apud populares ſuos af
fectas fuiſſe honoribus, ac templis do
natas; conſequens putat Vir eruditus
vel certè rationi conſentaneum, non
nullis earum templum in manu, quo
conſecrationis fidem faceret, poſitun
fuiſſe. Hæc Vir ille eruditus, cujus opi
nionem antequam dimitto, novo ar
gumento ex Plutarcho confirmare li
bet, qui in Theſeo, feſta Amazoni
bus, & ſacra Athenis celebrari ſolit
refert: Ἀλλὰ τοῦγε τὸν πόλεμον εἰς σπόν
δας τελευτῆσαι, μαρτύριόν ἐστιν, ἥτε τ
τόπου κλῆσις τοῦ παρὰ τὸ Θησεῖον, ὅνπερ ὁρ
κωμόσιον καλοῦσιν, ἥτε γινομένη πάλαι θυ
σία ταῖς Ἀμαζόσι πρὸ τῶν Θησείων. *Verùn
quod iſtud bellum fœdere ac certis condi*

*tionibus compoſitum fuerit, loci nomen teſtatur juxta Theſei ſacellum, quem à pace ibi juramento ſancita, Horcomoſium vocant, atque etiam ſacrificium, quod antiquitus ſolebat fieri Amazonibus, ante Theſei feſta.*

Has igitur conjecturas, quòd mihi acutæ & eruditæ videntur, nolui ſilentio præterire. Nec ſecius quid mihi de hac templi in manu Amazonum poſiti effigie in mentem venit, ſubjungam : Ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι. Crediderim ego, templi Epheſiæ Dianæ eſſe hanc effigiem, quod ei ab Amazonibus exſtructum atque conſecratum ſuprà Dionyſii Περιηγητοῦ teſtimonio oſtendimus. Quâ ſtructurâ & pietate erga Deam multùm ſibi eas mulieres placuiſſe, haud dubium. Quod cùm ſatis famâ vulgatum eſſet, & creditum, perquam conſentaneum mihi & veriſimile videtur, homines eâ famâ impulſos, cùm in nummis Amazonum effigiem exprimerent, inter alia inſignia, templi etiam ejus ſimilitudinem poſuiſſe, quod maximè ad

earum honorem pertinere intelligerent: manu autem templum ſuſtinentes feciſſe, argumento, quòd ab iis fundatum atque conſtructum illud ædificium eſſet. Et ſanè ſemper Amazonum gloriam cum Dianæ religione & cultu conjunctam fuiſſe, ac de omnibus, ut de illius Deæ miniſtris & ſacerdotibus judicatum, locus Euſtathii in commentariis ad Dionyſii περιήγησιν, quemvis non nimiùm pertinacem convincat. Verba adſcribam: Τὴν δὲ Ἔφεσον τὸ κύριον ὄνομα (γυνὴ γὰρ ἡ Ἔφεσος, ἀφ᾽ ἧς ἡ πόλις ὀνομάζεται) πρόσπολον Ἀρτέμιδος φασὶ, καὶ θυγατέρα αὐτῆς τὴν Ἀμαζὼ ἱστοροῦσιν, ἀφ᾽ ἧς αἱ Ἀμαζόνες. i.e. *Epheſum verò proprium nomen (mulier namque Epheſus, à qua nomen urbi inditum) Dianæ famulam fuiſſe dicunt; huic autem filiam fuiſſe Amazonem, unde Amazones poſtea nuncupatæ.* Ex quibus verbis intelligi poteſt, eam feminam quæ Epheſus diceretur, Reginam fuiſſe earum mulierum, quæ poſtea Amazones dictæ ſunt; eandemque Dianæ miniſtram, cui & templum pri-

nùm in urbe ab ſe condita exſtruxerit. Epheſum namque urbem, Amazonum opus fuiſſe teſtatur Plinius. Eâdemque hiſtoriâ probatur, eidem miniſterio vel certè religioni arctiùs fuiſſe addictam gentem Amazonum, quibus Amazo Reginæ filia, ac, ut credi par eſt, regni & ſacri miniſterii hæres nomen dediſſet, ut non magis nominis, quàm pietatis in Deam & ſacrorum hæredes eſſent. Hinc ſacra apud eas in honorem Dianæ & Martis celebrari ſolita, nomine *ταυροπόλια*, auctore Diodoro lib. 3. Heſychius autem in hac voce, quæ ad ſolemne ſacrum Artemidi adducerentur, ſic appellata tradit: *ταυροπόλια, ἃ εἰς ἑορτὴν ἄγουσιν Ἀρτέμιδι*. Quæ ſacra ab Amazonibus primùm in illius Deæ honorem inſtituta fuiſſe veriſimile eſt. Ratio nominis, opinor, quod tauri potiſſimum Dianæ ibi immolarentur: quam conjecturam confirmare videtur nummus Juliæ Domnæ ab Epheſiis ſignatus, in quo Amazon expreſſa taurum ſiſtens ante ſimulacrum Dianæ, cujus

typum ſuprà appoſitum denuò exhibemus.




Quin templum Dianæ, nomine *ταυροπόλιον*, in Icaria inſula fuiſſe Strabo lib. 14. teſtatur, ipſamque Dianam *ταυροπόλον* vocatam fuiſſe proditum, cujus epitheti diverſæ apud Grammaticos cauſæ feruntur.

Sed & noſtram hanc expoſitionem de templo in manu Amazonum, ille ipſe Thyatirenorum nummus ſuprà exhibitus non parum commendat, in quo aſſiſtens idolo Dianæ Epheſiæ Amazon exprimitur, frondoſam virgam in manu habens, in miniſterii ſacri argumentum. Sed de his ſatis, vel potiùs nimiùm; & vereor ne mo-

lum exceſſerim tractando, quæ obi-
ter tantùm fortaſſe attingenda fuerunt.
Tranſeamus ad alia Amazonicæ noti-
tiæ oppida & monumenta.

## CAPUT XXXII.

### *De Thyatira, & bipennis ſymbolo in nummis.*

QUI de Smyrna urbe ex nummis
dicit, neceſſe eſt & Thyatiræ men-
tionem faciat, propter concordiam quæ
inter utrumque populum fuit, utriuſ-
que conſenſu nummis poſteritati con-
ſignatam. Quæ tamen urbs an Ama-
zonis opus fuerit, aut quâpiam aliâ
causâ nomen ab earum aliqua nacta
ſit, meritò ambigi poteſt, nullo au-
ctore nobis ſuperſtite, cujus teſtimo-
nio id probetur; immo planè contra-
rium tradente Stephano de hujus ur-
bis nomine: Θυάτειρα πόλις Λυδίας, ἡ
πρότερον Πελόπεια, καὶ Σεμίραμις, ἀπὸ
Σελεύκου τοῦ Νικάτορος Λυσιμάχῳ πολε-

μεμῶτος, καὶ ἀκούσαντος ὅτι θυγάτηρ αὐ-
τῷ γέγονε, τὴν πόλιν ἐκάλεσε Θυγάτειρ(α)
i.e. *Thyatira, urbs eſt Lydiæ, quæ priù(s)
Pelopea & Semiramis dicebatur; à Seleu-
co autem Nicatoris filio novum adepta e(ſt)
nomen. Cui cùm bellum eſſet cum Lyſima-
cho, & domo abeſſet, nuntio allato, quo(d)
filia ipſi nata eſſet, ſtatim edixit, ut urb(s)*
Θυγάτειρα, *quod Græcis filiam ſona(t)
exinde appellaretur; unde poſtea uno ele-
mento vocabuli extrito Thyatira dici cœpi(t).*
Si igitur à Seleuco Rege, tali occaſio-
ne, urbs hæc Thyatira dicta eſt; no(n)
ergo à Thyatira Amazone.

Sed neque celebres hujus ætatis An-
tiquarios video inter urbes ab Amazo-
nibus conditas aut nominatas Thyati-
ram referre: non enim Seguinus, non
Goltzius, non Patinus, viri numma-
riæ antiquitatis apprimè periti. Quin
Patinus in eo nummo, quem ſuprà ex
ejus Theſauro depromptum expreſſi-
mus, utriuſque populi conſenſu in Se-
natus Romani honorem percuſſo, duas
humanas effigies ſic diſtinguit, ut eam
ſolùm quæ Smyrneum populum re-

præſentat, aliquid Amazonicum præferre, indubitato bipennis & peltæ Amazoniæ argumento fateatur; alteram verò quæ Thyatirenos indicat, ſimplici feminæ habitu aut ipſam urbem, aut urbis Genium oculis ſubjicere; quod nullum in ea mulieris effigie Amazoniæ gentis inſigne notetur. Nec verba ejus pigebit adſcribere : *Thyatireni & Smyrnæi, vicini Aſiæ minoris populi, unanimi conſenſu nummum cuderunt. Illi ſub habitu Deæ ſignantur : caput cingunt turres in coronæ formam, quibus vel urbes ipſæ, vel genii urbium fungebantur. Smyrnæi frequenter occurrunt in antiquis numiſmatibus, ſub habitu viri clypeum tenentis & bipennem. Conjectura eſt, ſub eo latere Amazonem, quæ Smyrnæ nomen dedit.* Quibus verbis exertè fatetur latere Amazonem in Smyrnæorum ſymbolo, propter bipennem & Amazonicam peltam: in illo autem quod Thyatirenos ſignat, nihil Amazonicum deprehendi.

Sed tamen non deſunt, qui Thyatiram in illo cenſu urbium ab Amazo-

nibus conditarum numerandam arbitrentur. Quod enim ejus effigies in nummo memorato, nullum habitu & armis proprium Amazonium inſigne præfert, hoc quidem eò pertinet, ut ea effigies non Amazonis, ſed Thyatiræ urbis, aut Genii illi præſidentis credatur; non tamen continuò eſt negandum, Thyatiram fuiſſe in eo albo urbium, quibus Amazones nomen dederunt, quia nihil Amazonicum ſuo ſymbolo præferat; ſi quidem ejus effigies in propoſito nummo, haud obſcurè Amazonem, minore quidem modulo expreſſam, ſed tamen ſatis conſpicuam, in manu habet, in qua quivis non hebeti viſu, facilè citra etiam microſcopium, turritum verticem & bipennim deprehendat. Quid ergo ſibi vult Amazonis effigies in manu mulieris illius, quæ Thyatiram repræſentat, niſi quòd & hanc urbem à cognomine Amazone fundatam aut vocatam fuiſſe fama olim vulgatum & celebratum fuit?




pag.134

Sed & alterius nummi argumento hanc urbem Amazoni aſſerunt, hujus ſcilicet, quem à Thyatirenis ſignatum fuiſſe inſcriptio indicat.

pag.163.




251.

Cùm enim hujus numiſmatis facies altera mulieris effigiem, altera bipen-

nem repræſentet, ex bipennis figura conjecturam faciunt de altera viri ſagaces, nec poſſe alterius, quàm Amazonis eſſe eam effigiem, Amazoniæ bipennis argumento colligunt. Quod genus argumenti tanti faciunt, ut quocumque in nummo bipennem vident figuratam, ſubeſſe Amazonem non dubitent. Proinde & in his Marci Aurelii Imperatoris, & aliis ejuſmodi, de quibus poſtea.






Nec verò alii nummi deſunt, quibus idem oppidum probabiliter Amazoni vindicetur, ille in primis Galieni Imperatoris, qui inſcriptus eſt, ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ, ſuprà exhibitus à nobis; in quo nemo non videt ſtare

Amazonem nudam, cum bipenni, juxta Dianæ Epheſiæ ſimulacrum. Symbolum igitur Thyatiræ urbis Amazon; quare autem, niſi quia ab Amazone condita olim aut nominata? Quibus adjungi poteſt nummus Caracallæ hic modico ære ſignatus, in cujus medio ſtat mulier manu alterâ bipennem haſtæ inſtar oblongam tenens, alterâ ſigillum victoriæ; inſcriptio in ambitu ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ.




Hæc, ſi qua fides antiquis nummis, fidem facere poſſunt, Thyatiram meritò inter ea oppida eſſe ponendam, quibus Amazones aut exordium aut nomen dederunt.

## CAPUT XXXIII.

### *De Myrina & Cuma.*

MYRINAM olim pro Smyrna à nonnullis uſurpatam fuiſſe, variis auctorum locis oſtendit flumen literarum Salmaſius: nos hîc de Myrina propriè dicta agimus. Eſt autem duplex eo nomine urbs: una quidem in Lemno inſula, ignobile oppidum, quod nunc totius inſulæ nomine vocatur Lemnos, auctore Petro Bellonio lib. 1. Obſervationum cap. 25. Altera in Æolide, de qua nobis ſermo habendus. Hanc igitur inter appellata ab Amazonibus oppida haud obſcurè refert Strabo lib. 11. dictam nempe ab Amazone ibi ſepulta; quod verſibus Homeri probat eo ipſo loco ubi de Cuma: Τὸ δ᾽ ὄνομα αὐτὸ Ἀμαζόνος τῇ πόλει τεθεῖσθαι· καθάπερ καὶ τῇ Μυρίνῃ ἀπὸ τῆς ἐν Τρωικῷ πεδίῳ κειμένης ὑπὸ τῇ Βατιείᾳ·

Τὴν, ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν

Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης·

l eſt: *Nomen urbi (Cume) ab Amazone uadam inditum putant; quemadmodum & Myrina, ab Amazone quæ ſub Batiea n campo Trojano ſita eſt:*

*Hanc homines ipſi Batieam nomine dicunt:*
*Aſt immortales agilis monumenta Myrinæ.*

Jotandum obiter epithetum πολύκαρθμος, minimè otioſum, quo ſum- ius vatum, mirandam Amazonis illius gilitatem & robur ad corpus variis & rebris ſaltibus tollendum, hucque il- id impetu tranſmittendum deſignare oluit. Nam & Maro idem mihi in ia viragine, miro verborum ambitu b. 7. Æneid. his verſibus expreſſiſſe idetur:

*Illa vel intactæ ſegetis per ſumma volaret*
*Culmina, nec teneras curſu læſiſſet ariſtas;*
*Vel mare per medium fluctu ſuſpenſa tumenti*
*Ferret iter celeres, nec tingeret æquore plantas.*

Iæc Quintilianus, & alii per hyper- olen dicta accipiunt: ego de mirabili d locorum ſpatia ſaltibus tranſmitten- a velocitate interpretor; talique ver- orum ambitu nihil aliud voluiſſe Vir- ilium, quàm quod Homerus memo-

rato epitheto. Sed hæc, ut dixi, obite
Meminit & Diodorus Siculus Myrin
Amazonum Reginæ, Antiquit. lib.
cap. 4. quam in Libya res geſſiſſe priu
quam in Europam tranſiret, idque mu
tis ſeculis, antequam Græcis Amazo
num nomen innotuiſſet, tradit, ut ſu
prà notavimus. Qua de re ipſe vide
rit. Sed & alio loco idem Strabo ape
tè Myrinam inter urbes ab Amazoni
bus, quà conditas, quà appellatas re
fert eodem lib. 11. verbis ſuprà allatis
Κτίσεις γοιῶ πόλεων, καὶ ἐπωνυμίαι λέγον
καθάπερ Ἐφέσου, καὶ Σμύρνης, καὶ Κύμης
καὶ Μυρίνης, καὶ Πάφου, &c. Quo in ur
bium ejuſmodi catalogo expreſſè My
rinam ponit, idque teſtimonio Home
ri, quem explicat: cùm enim hic ſim
pliciter σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης vo
cet: Strabo hanc fuiſſe Amazonem
declarat.

Hactenus de teſtimoniis quæ ex li
teris petuntur. Quod autem ad eam
fidem attinet, quæ per nummorum in
ſpectionem contingit, nulla mihi vi
detur ſatis liquida & certa cognitio e

nis elici poſſe. Quod enim Amicus noſter huc ſpectare cenſet nummum à Myrinæis percuſſum, pridem à Triſtano in Commentariis hiſtoricis prolatum hoc exemplo;




meo quidem judicio non caret difficultate. Ipſe Amazonis effigiem eſſe contendit, quam prior nummi pars lauro coronatam exhibet; contrà Apollinis ſimilitudinem eſſe contendit Triſtanus: *Sine dubio* (inquit) *hæc effigies eſt Apollinis, nempe Myrinæi & Grynæi, ita ut ii populi hunc iis in locis colebant, expreſſi.* In parte autem averſa convenit, expreſſam eſſe Apollinis ſacerdo-

tem, cùm laurei rami argumento quem ea mulier manu præfert, tur vaſis anſati ad pedes depoſiti, ad uſum ut veriſimile eſt, ſacrorum. Nulla igi tur eſt hac quidem in parte difficultas in altera autem non levis. Non enin ſolus Triſtanus ibi vultum eſſe Apolli nis cenſet, ſed etiam Ludovicus Non nius in Commentario ad Goltzii Græ ciam, ubi de Myrina agit: *Nummu* (inquit) *ab una parte Apollinem, ab al tera fœminam ſeminudam exprimit.* Tam etſi hunc meritò caſtigat Triſtanus qui ad Myrinam Lemni oppidulum eum nummum pertinere exiſtimave rit. Non conſiderans Apollinis effi giem, quam in eo nummo expreſſam fatetur, non poſſe convenire Myrina illi quæ eſt in Lemno inſula, ſed ill potiùs quæ in Æolide, quam Dei illius cultu & oraculo celebrem fuiſſe con- ſtat. Quippe, ut ibidem Triſtanus do- ctè obſervat, non procul admodum ab ea urbe oppidum viſebatur nomine Γρυνοι, non magnum quidem, ſed valde famoſum Apollinis oraculo per

mnes terras inclyto, quod Grynæum b eo oppido vocabatur, unde etiam Grynæus ipſe Apollo dictus apud Poëam:

*Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,*
*Italiam Lyciæ juſſere capeſſere ſortes.*

Quo etiam ſpectat Henrici Valeſii, literarum gloriâ inter primos patriæ noſtræ viros meritò nominandi, obſervatio; qui in Dionis Excerptis, ubi licitur Caracalla remedium malis quæiſſe ἐν Γερανίοις, certiſſimâ conjecturâ ἐν Γρυνείοις legendum monuit.

Quid porrò contrà Amicus noſter afferat, paucis quoque referre operæ pretium eſt. Hic non Apollinis, ſed Reginæ eſſe eam effigiem pertendit, diadematis argumento, quo laureâ coronâ vincta eſt. Quippe nuſquam in nummis diadema apponi Deorum ſimulacris, ita ut ponè extrema diadematis capita dependeant; quemadmodum apparet in propoſito nummo. Ex quo infert, Reginæ eſſe Amazonis hanc figuram, putà Myrinæ ipſius quæ urbem condidit. Mihi ſatis eſt, quid

de illa effigie in nummo Myrinæorum ſentiat, indicaſſe. Sed quicquid de ill nummo ſtatuatur, manebit ſemper au ctoritas Geographi, Myrinam Æolidi urbem Amazonis opus tradentis. Nun de Cuma exequar.

Hanc Æolicarum urbium maximan fuiſſe, atque ejus regionis metropo lim, Strabo teſtatur lib. 13. his verbis Μεγίστη δέ ἐστι τῶν Αἰολικῶν καὶ ἀρίστη Κύ μη, Rectè Æolicarum, ut diſtingua ab aliis oppidis ejuſdem nominis: e ſcilicet, quam à Pelaſgis conditam Phriconida ipſe vocat: altera in Italia quam Cumæorum Æolidis & Chalci dentium coloniam fuiſſe conſtat. Quod autem Cume Æolidis nomen id ab A mazone cognomine habuerit, idem Strabo ex Ephoro refert lib. 12. Εἴη γ ἂν λέγων τὴν ὑπὸ τῶν Αἰολέων καὶ Ιόνων οἰκι σθεῖσαν ὕστερον· πρότερον δ' ὑπὸ Ἀμαζό νων. De Cuma Æolica loquitur. *Ita enim hunc dixiſſe putandum eſt, ut hæc Cuma, quæ poſteriùs ab Æolibus & Ionibus con dita eſt, priùs ab Amazonibus fundata intelligatur.* De nomine autem confir-

iat lib. 13. Τὸ δὲ ὄνομα ἀυτὸ Αμαζόνος
ῆ πόλις τεθεῖσθαι, &c. Omnium diſer-
ſſimè Stephanus : Κύμη, πόλις Αἰολί-
ος περὶ τὸ Λέσβου, ἀπὸ Κύμης Αμαζόνος.
*uma, urbs eſt Æolidis ante Lesbum, à
uma Amazone.*

Vetuſtiſſima igitur claritas ei urbi
Amazonum gente. Sed alia huic
on minora acceſſere decora à Sibyl-
, nomen ab hac urbe, quam diu co-
iſſet, adepta, cùm Erythris nata eſ-
t. Magna & à cunabulis Heſiodi,
oëtæ divini; nec non Ephori, è lu-
o Iſocratis ad eximiam literarum
aritatem evecti hiſtoriarum monu-
ientis, atque aliis voluminibus con-
itis de rerum inventis, ut Strabo ibi-
em teſtatur.

Quod ad numiſmata attinet, non
eſunt qui putent, proprium eſſe ejus
rbis illud, quod Goltzius inter Ma-
næ Græciæ monumenta propoſuit ta-
ulâ 16. ſub Cumæorum titulo; in quo
haretratæ mulieris effigies in parte
dverſa ſpectatur: in averſa, ranæ vel
ufonis. Sed & in eadem nummorum

ſerie, ſub eodemque titulo, expreſſu
videre eſt conchylium, & Paguri c
put cum prioribus chelis. Quæ tame
ſymbola ipſe Goltzius ad Cumas It
licas pertinere cenſet, ac de iis exp
nit: Cumanos videlicet muricis piſ
operculo, quòd murices laudatiſſin
olim ad Sinum Baianum caperentu
Paguri autem effigiem ibi poſitam p
ſapientiæ & intellectus ſymbolo,
in ſimulacro Epheſiæ Dianæ. Capi
verò muliebria ibidem in poſteriorib
nummis expreſſa, Sibyllæ eſſe Cum
næ. Ita auctor ille eruditus. Cæter
verò omiſſis, hanc ſolùm, quam dix
videri nonnullis Amazonis quæ C
men Æolicam condidit, effigiem d
mus hîc ſpectandam.



## CAPUT XXXIV.

*Magneſia, Sipylene, unum è Matris Deûm cognomentis.*

*Emendatur Strabo.*

ET Magneſiam non deſunt qui Amazonibus aſſerant. Eſt autem du-
lex ejus nominis urbs : una in Æoli-
e ad Mæandrum fluvium, altera ad
pylum montem in Phrygia. Hanc
mazonis munus ſtatuunt periti num-
iorum interpretes, ejus argumento,
uem è Theſauro Cl. Patini à Magne-
bus percuſſum in honorem Impera-
oris Caracallæ proferunt. Nec temerè,
uando muliebris effigies vertice tur-
to ac peltâ Amazoniâ inſignis, præ-
rea haſtam manu tenens, facilè Ama-
onis fundatricis fidem intuentibus
cit.




Quod autem non alterius urbis, niſi Ma
gneſiæ, ſatis arguit inſcriptio, ΜΑΓΝΗ
ΤΩΝ. Et hi Magnetes qui ad Sipylun
montem habitabant; quorum alius inſi
gnis fertur nummus, in quo viri barba
caput expreſſum cum inſcr. CΙΠΥΛΟC
cujus nummi obiter exemplum appoſui




Nem

Iempe hæc effigies ejus, qui monti
iomen dedit, ſive Genii, ſive Heroïs,
ive viri. An igitur Sipyli illius, Scythæ,
juem Diodorus lib. 4. refert patriâ pul-
ſum, Mopſo Thraci, patriâ etiam pro-
ugo, ſuppetias tuliſſe contra Ama-
zonas, prælioque commiſſo victoriam
eportaſſe, multis Amazonum cum
Regina Myrina interfectis: Συστρατεῦ-
σαι δὲ καὶ Σίπυλον τῷ Μόψῳ τὸν Σκύθην,
πεφυγαδευμένον ὁμοίως ἐκ τῆς ὁμόρου τῇ
Θρᾴκῃ Σκυθίας. γενομένης δὲ παρατά-
ξεως, καὶ τῶν περὶ Σίπυλον καὶ Μόψον προ-
τερησάντων, τήν τε βασίλισσαν τῶν Ἀμα-
ζόνων Μύριναν ἀναιρεθῆναι, καὶ τῶν ἄλλων
τὰς πλείους. Altera autem effigies illi
ppoſita, Cybeles eſſe Deûm Matris
reditur: nec immeritò, quam in iis
egionibus Sipylo vicinis, atque Sipylo
pſi in primis ſumma religione domi-
iatam conſtat. Hinc enim & Σιπυλη-
νὴν inter alia cognomina dictam cre-
liderim à Sipylo monte, in quo cole-
atur. Imò id planè certum eſſe num-
nus confirmat Amici noſtri; æreus
uidem & exigui moduli, ſed auro

M

contrà cari, in quo turritum Cybe-les caput ſpectatur, cum inſcriptione, ΣΙΠΥΛΗΝΗ. Eſt autem is nummus à Smyrnæis fabricatus, ut partis averſæ inſcriptio indicat.




Sed & hujus nummi ope idem Amicus noſter, quàm εὐστόχως Strabonis locum è libro 10. ſtatim emendavit. Ibi Geographus de variis Deûm Matris cognominibus agens, hunc in modum ſcribit: Οἱ Φρύγες, καὶ τῶν Τρώων οἱ περὶ τὴν Ἴδην κατοικοῦντες, Ῥέαν μὲν, καὶ αὐτοὶ τιμῶσι, καὶ ὀργιάζουσι ταύτῃ, μητέρα καλοῦντες θεῶν, καὶ Αἴγεστιν, καὶ Φρυγίαν, θεὸν μεγάλην. ἀπὸ δὲ τῶν τόπων Ἰδαίαν, καὶ Δινδυμήνην, καὶ Πυλήνην, καὶ Πεσσινουντίδα, καὶ Κυβέλην. i. e. *In univerſum*

*Phryges, ac Troüm qui circa Idam acco-
lunt, Rheam ipſi quoque colunt, eique
orgia peragunt: Matrem appellantes Deo-
rum, & Agdeſtin,* (ita enim Caſau-
bonus legit Αγδίστιν, pro Αἴστιν) *&
Phrygiam, magnam Deam. A locis au-
tem Idæam, Dindymenen, Pylenen, Peſſi-
nuntida, Cybelen.* Ibi igitur Amicus no-
ſter, pro Πυλήνην, quæ vox nauci non
eſt, Σιπυληνὴν reſtituit feliciſſimâ con-
jecturâ, ac, ut reor, indubitatâ: ex
qua intelligimus, Sipylenem dictam
fuiſſe Deûm Matrem à Sipylo monte,
vel urbe. Stephanus: *Σίπυλος, πόλις
Φρυγίας.* Ελλανικὸς ἱερείων πρώτῳ. τὸ ἐθνι-
κὸν, Σιπυληνὸς, καὶ Σιπυληνή.

Huic alius addi poteſt nummus ab
iiſdem Sipyli Magnetibus ſignatus in
honorem Juliæ Mœſæ; cujus prior fa-
cies muliebrem exhibet effigiem dimi-
diam capite turrito: altera Cybelem
Deam ſtantem, turrito item vertice,
cum leonibus ad pedes, ut pingi ſo-
let: cæterùm dextrâ extentâ clypeum
tenet, ſiniſtrâ tympanum amplectitur
brachio. Cujus nummi hæc ſimilitudo

eſt apud Triſtanum in Comment. hi-
ſtoricis tom. 2.

pag. 268.




Verùm Triſtanus quidem in utraque nummi parte ejuſdem Deæ effigiem eſſe cenſet; quòd nullum illi Amazonis inſigne adjunctum ſit. Amicus autem noſter, præcedentis nummi ab iiſdem Magnetibus ſignati argumento inductus, in cujus altera facie Amazonem pelta, ut vidimus, demonſtrat; contendit oportere & in iſto nummo eorumdem Magnetum, in effigie mulieris turribus coronatæ, latere Amazonem, eam quæ Magneſiam ad Sipylum condidit.

## CAPUT XXXV.

### *Amiſus, Amaſtris.*

CUR de Amiſo & Amaſtri Ponti urbibus dicendum putem, patebit pòſt. Ambæ alioqui claræ & celebres. Strabo quidem de Amiſo lib. 12. ſic teſtatur: Καὶ Ἀμισὸς πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα τῆς Σινώπης περὶ ἐννακοσίους σταδίους. *Amiſus civitas inſignis à Sinope diſtans ad ſtadia nongenta.* Arrianus in Periplo Ponti Euxini, Græcam urbem hanc vocat, & coloniam Athenienſium. De quo etiam Strabo videndus. Cæterùm in aſſignanda ejus origine & conditoribus, nulla Amazonis mentio: neque apud Strabonem, neque apud Arrianum, aut Stephanum, aut alium quicquam invenio, quod vel ſuſpicionem facere poſſit, hanc ab Amazonum quapiam exordium aut nomen habuiſſe: niſi quis ita inſaniret, ut quia Amazones in Ponto regnarunt, nullam fuiſſe in iis regionibus

urbem putaret, quæ non earum opus, aut colonia credi debeat.

Cæterùm, ne in hac Amazonicarum urbium conſideratione indictam omnino inſalutatamque Amiſum prætercam, Recentiores faciunt, qui mihi properanti ad alia monumenta, manum injiciunt, nummumque eum obtrudunt, qui inter Antonini nummos delineatus extat apud V. Cl. Patinum, in eo Commentario, quem ad numiſmata Imperatorum Romanorum vulgavit, hoc exemplo:




Ibi namque duæ expreſſæ apparent mulierum effigies, turrito vertice: una à dextris, bipennem tenens Amazoniam, cum inſcriptione AMICOC.

Altera à ſiniſtris, haſtata, cui titulus eſt AMACTPIC. Hæ manus in ſymbolum concordiæ jungunt, ara interpoſita, ut mos in fœdere ſanciendo. Cùm enim hæc quæ Amiſum repræſentat, bipennim teneat, hoc ſatis argumenti eſſe putant, quo eam urbem aut primùm ab Amazone ejus nominis conditam, vel certè, quod Patinus eo loco autumat, Smyrnæorum, quorum ex Amazonia origine inſigne bipennis, coloniam fuiſſe credamus.

Nunc & de Amaſtri urbe ſubjungam, & ipſa inter Ponticas urbes claa, cùm aliis ornamentis, tum elegantiſſimo Catulli Poëmatio, quod puris ambis ab eo decantatum Joſephus Scaliger, ſingulare naturæ miraculum, certamine cum Romano poëta inito, puris Græcis iambis exprimere dignatus eſt. Nec tamen quo auctore condita uerit, convenire video inter auctores. Strabonis quidem clara ſunt verba, quibus hanc ab Amaſtride, uxore Dionyſii Heracleæ Tyranni conditam c nominatam tradit lib. 12. his verbis:

Μετὰ δὴ τὸν Παρθένιον ποταμὸν, ἔστιν Ἄμαστρις ὁμώνυμος τῆς συνῳκηκυίας πόλεως. Ἵδρυται δὲ ἐπὶ Χερρονήσου, λιμένας ἔχουσα τοῦ ἰσθμοῦ ἑκατέρωθεν. ἦν δὲ ἡ Ἄμαστρις, γυνὴ μὲν Διονυσίου τοῦ Ἡρακλείας τυράννου, θυγάτηρ δὲ Ὀξυάθρου τοῦ Δαρείου ἀδελφοῦ, τοῦ κατ᾽ Ἀλέξανδρον. i. e. *Poſt Parthenium flumen eſt Amaſtris, de conditoris nomine appellata. Sita autem in peninſula, portus ex utraque iſthmi parte habet. Uxor autem Amaſtris iſta fuit Dionyſii Heraclea Tyranni, filia Oxyathra, fratris Darii ejus qui bellum cum Alexandro habuit.* Eadem Stephanus, à Strabone mutuatus.

Quid ergo (inquis) hæc urbs ad Amazonem? Quia idem Stephanus eo loco Demoſthenem quemdam citat, qui de Amaſtride urbe, ut ab Amazone cognomine nomen adepta, mentionem fecerit. Dixi quemdam Demoſthenem, ne quis Oratorem Græciæ principem ſomniet. Hunc autem eſſe nullus dubito, quem Scholiaſtes Apollonii lib. 2. citat περὶ λιμένι, *de portubus;* ubi de Æno monte : Αἶνος ὄρος

τ̃ Κεφαλληνίας, ὅπου Αἰνησίου Διὸς ἱερόν ἐστιν· οὗ μνημονεύει καὶ Λέων ἐν περίπλῳ, καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς λιμέσιν. Iterumque in eodem libro, ubi de ara quam Poëta ait à Thynis ædificatam duodecim Diis, ἐν τῷ πέραν Αἰγιαλῷ τῆς Ἀσίας, *in ulteriore Aſiæ littore*. Δημοσθένης δέ φησι τοὺς μὲν Φρίξου παῖδας βωμοὺς δώδεκα ἱδρύσασθαι τῶν θεῶν. *Demoſthenes ait Phrixi liberos, duodecim Deorum aras poſuiſſe.*

Sed & huic opinioni recentiores iidem Antiquarii ſuas ex nummorum ſymbolis conjecturas adjiciunt, ac propalam ſuffragantur, dum eorum inſcriptionibus probant, Amaſtrianos coloniam fuiſſe Smyrnæorum. Ita cùm Smyrnæorum civitas Smyrnæ Amazonis, ut ſuprà viſum eſt, monumentum ſit, ſaltem per Smyrnæos Amaſtris ad eam Amazonem attingat, conſentaneum eſt.

In his eſt inſignis iſte ab iiſdem Amaſtrianis ſignatus, nuper publicatus inter alia numiſmata Muſei Sanctæ Genovefæ Pariſienſis; cujus prior pars

Homeri vatum principis venerabilem exhibet vultum, altera mulieris non invenuſtæ, cultu matronali, ſed vertice turrito, quam nonnulli Amazonis quæ Amaſtrin condidit, effigiem eſſe volunt.




Ego ipſius urbis potiùs, aut Genii urbi præſidentis figuram crederem. Verùm hæ conjecturæ ſunt, quibus alias non minùs plauſibiles opponi poſſe non dubito. Sed de Amaſtri hactenus.

## CAPUT XXXVI.

*De quibuſdam aliis urbibus, quæ vel auctorum teſtimonio, vel numiſmatum conjecturis, vel qua alia occaſione ad Amazonas pertinere exiſtimantur.*

AN Synope, urbs inter Ponticas clara, memoratis adjungenda eſ-
et, fateor me in ancipiti fuiſſe; quam
b ulla Amazonum conditam fuiſſe,
ut nominatam, nuſquam legam. Cùm
amen iis qui nomen iſtud urbi impo-
uerunt, occaſionem talis nomencla-
uræ præbuiſſe Amazon dicatur; non
mnino aliena videri debet hujus com-
nemoratio inter urbes ab Amazoni-
us conditas aut nuncupatas. Quo au-
em rerum eventu Amazon illa impu-
erit homines, ut Sinopen eam urbem
ocarent, ex Androne declarat Scho-
iaſtes Apollonii lib. 2. Argonaut. Ὁ δὲ
θήϊος Ἄνδρων φησὶ μίαν τῶν Ἀμαζόνων
υγοῦσαν εἰς Πόντον γήμασθαι τῷ τῶν τόπων

ἐκείνων βασιλεῖ. πίνουσάν τε πλεῖστον οἶνον ὀνομασθῆναι Σανάπην, ἐπειδὴ μεταφραζόμενον τοῦτο σημαίνει πολλὰ πίνουσαν. i. e. *Andron Theius de quadam gentis Amazonum ita prodit, hanc cùm in Pontum fugiſſet, loci illius Regi nupſiſſe. Quòd autem vini plurimum bibiſſet, Sanapen audiiſſe, quod nomen tranſlatum bene potam mulierem ſignificat.* Idemque rurſus ex Philoſtephano: Φιλοστέφανος δέ φησι τοὐναντίον, Ἀπόλλωνι αὐτὴν μιγεῖσαν ἀποκυῆσαι τὸν προσαγορευθέντα Σύρον. ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ μέθυσοι Σανάπαι λέγονται παρὰ Θρᾳξὶν (ᾗ διαλέκτῳ χρῶνται αἱ Ἀμαζόνες) Σανάπην κληθῆναι τὴν πόλιν· ἔπειτα κατὰ φθορὰν Σινώπη. ἡ δὲ μέθυσος Ἀμαζὼν ἐκ τῆς πόλεως παρεγένετο πρὸς Λυτίδαν, ὥς φησιν Ἑκαταῖος. *Tradit autem Philoſtephanus, Amazonem ab Apolline compreſſam, filium peperiſſe, qui Syrus vocatus eſt. Quia verò temulenti Thracibus Sanapæ dicuntur, quorum lingua Amazones utuntur, hinc urbem Sanapen primùm dictam fuiſſe, & poſtea per corruptionem vocabuli, Sinopen. Hæc autem Amazon ex ea urbe, ita ut erat, vini plena ad Lytidam conceſſit, ut*

it *Hecatæus*. Eandem remetitur hiſto-
iam auctor Etymologici Magni, ab illo
Scholiaſte mutuatus; ſed in vocabuli
notatione, Σινώπη mendosè pro Σανάπη
criptum eſt: quod mendum ab aliis
am animadverſum.

Non abſimili eventu, cui Amazon
occaſionem præbuit, Pythopolim ur-
bem in Bithyniæ finibus conditam
uiſſe Plutarchus in Theſeo, cujuſdam
Menecratis, qui Nicææ urbis hiſto-
iam ſcripſerat, teſtimonio, hunc ferme
n modum refert: Cùm Theſeus ex
Unimammia (ut facetè loquitur Plautus
n Curculione) hoc eſt, è terris Ama-
zonum cum Antiope ejus gentis puella,
quam rapuerat, reverteretur in Græ-
ciam, interea morâ illi in itinere ob-
jectâ, quopiam in oppido cum ſuis unà
aliquandiu conſiſtere neceſſe habuit.
Erant autem in ejus comitatu tres fra-
tres Athenienſes, Euneus, Thoas, So-
lois. Ex quibus hic cùm Amazonem
ſæpius contemplaretur, in veſanum
ejus amorem incidit. Ac primò affe-
ctum non audens cuiquam indicare,

languebat; verùm ejus magnitudin
victus, tandem uni ex fratribus ap
ruit: qui miſericordiâ motus, cla
Antiopen convenit, germani mo
bum indicavit, multis precibus obte
ſtans, ne miſero adoleſcenti morti
cauſa eſſe vellet. At mulier facinu
longè averſata, eatenus tamen amant
pepercit, ut rem occultam eſſe patere
tur, ne quod illi à Theſeo periculum
crearetur. At enimverò adoleſcens, vi
dens ſe voti non poſſe compotem fie
ri, ac in ultimam deſperationem con
jectus, non multo pòſt in fluvium loco
illi proximum ſe ſe præcipitem dedit,
hocque modo affectu ſe & vitâ exuit. Id
poſtquam Theſeus, qui hominem ama-
bat, cognovit, iniquiſſimo animo tulit:
tum multa ſecum triſti cogitatione
volventem oraculi cujuſdam ſibi olim
redditi ſubiit recordatio, quo jubeba-
tur in ſolo peregrino urbem condere,
ibi potiſſimum, ubi tanto ſe mœrore,
quanto nuſpiam aliàs, affectum ſenti-
ret. Quod oraculum de loco, ubi tunc
erat, interpretatus, ibi urbem exſtru-

it, quam Pythopolin, à Pythia, quòd ibi ejus condendæ auctor eſſet, vocarit; eum fluvium in quo adoleſcens periiſſet, nomine ejus Soloenta appellavit; novam urbem duobus qui ſupererant fratribus gubernandam commiſit. Hæc Plutarchus ex Menecrate.

Nec finis, quando alias Diodorus libro & capite 4. nobis urbes ab Amazonibus conditas refert, Ninam, Cymen, Pitanem, Pryneam, Mitylenem, quam à Regina Amazonum Myrina conditam in Leſbo, ac ſororis nomine appellatam prodit. Sed & Samothracem ab eadem Regina ſomnii monitu conſecratam teſtatur. Sunt qui & Myrleam Bithyniæ oppidum in eodem albo ſcribant, auctore Stephano in hac voce: *οἱ δ' ἀπὸ Μυρλείας Αμαζόνος*, *quidam ab Amazone Myrlea*, ſupple nuncupatam, cenſent. Sunt qui & Amaſiam, Strabonis patriam Amazonibus afferant; quo vindice, quove auctore, vellem ipſi explanarent. Meminit Lycophron in Caſſandra, Cletes urbis in ea Italiæ parte, quæ Magna Græ-

cia dicta eſt, quam ab Amazone ejuſ
dem nominis fundatam ibidem tradit

*Κροτωνιᾶται δ᾽ ἄϛυ πέρσουσίν ποτε,*
*Ἀμαζόνος φθέρσαντες ἄζυγον κόρην,*
*Κλήτην ἄνασσαν τῆς ἐπωνύμου πάτρας.*

*Crotoniatæ civitatem diruent*
*Amazonis, fortem necantes virginem,*
*Cletam, imperantem patriæ cognomini.*

Hujus etiam auctor Etymologici com
meminit; ſed Κλειτὴν per diphthon
gum nominat: Κλειτὴ μία τῶν Ἀμαζό
νων, ἥτις ἐλθοῦσα εἰς Ἰταλίαν ᾤκησε, κα
πόλιν ἔκτισεν, ἣν ἀφ᾽ αὐτῆς Κλειτὴν ὠνό-
μασεν, καὶ ἐβασίλευσε τοῦ τόπου· καὶ αἱ ἀπ
αὐτῆς δεχόμεναι τὴν βασιλείαν, Κλειτα
ὠνομάσθησαν. *Clete una eſt Amazonum,*
*quæ cùm in Italiam veniſſet, in ea ſedem*
*poſuit, & urbem condidit, quam ſuo no-*
*mine Cletam vocavit, eoque in loco re-*
*gnavit: à qua deinceps & quæ illi in re-*
*gnum ſucceſſerunt, Cletæ ſunt appellatæ.*
Clarum & de Anæa ex Stephano:
Ἀναία· ἔϛι δὲ Καρίας ἀντικρὺ Σάμου. κέ-
κληται ἀπὸ Ἀναίας Ἀμαζόνος ἐκεῖ τα-
φείσης, ὡς Ἔφορος. *Anæa. Eſt verò urbs*
*Cariæ è regione Sami, ſic vocata ab Anæa*

*mazone illic ſepulta, ut Ephorus tradit.* dde ex eodem Cynnam: Κύννα, πο-χνιον πλησίον Ηρακλείας, ἀπὸ μιᾶς τῶν μαζόνων. *Cynna, oppidulum prope Heracleam, ab una Amazonum.* Addenda & atorea, pagus in agro Epheſino, generoſi vini proventu nobilitatus. Athenæus lib. 1. Αλκίφρων δὲ ὁ Μαιάνδριος, περὶ τὴν Εφεσίων εἶναι ὀρείαν κώμην τὴν πρότερον μὲν καλουμένην Λητοΐδα, νῦν δὲ Λατωρείαν, ἀπὸ Λατωρείας Αμαζόνος, ἐν ᾗ γίνεσθαι τὸν Πράμνειον οἶνον. *Alciphron autem Mæandrius circa Epheſiam, pagum montaum eſſe tradit, priùs Latoïda vocatum, oſtea autem Latoream, à Latorea AmaZone: n hoc gigni Pramnium vinum.* De Paho ſuprà, Strabonis locum, quo hanc rbem Amazoni ejuſdem nominis aſſeit, indicavimus. Neque aliud nunc nobis, quo id confirmetur, ſuppetit.

Quidam Pharnaciam in eodem albo ponunt, Octavii Ferrarii fide in Geographico Lexico: ſed Stephano aſſenior, à Pharnace ita nuncupatam. Tum aliæ rurſus conjecturæ ſequuntur ex nummis, qui bipennis characterem

impreſſum gerunt. Ut enim jam m
nui, quocumque in numiſmate bipe
nim aut peltam vident, ibi latente
ſtatim Amazonem olfaciunt. Ut i
hoc nummo, quem Mylaſæ populus i
Octavii Cæſaris honorem vulgavit,
nobis ſuprà exhibito, cùm de Jov
Labradæi ſimulacro ageremus:

pag. 168.



quippe ex bipenni in eo expreſſa, qui
Amazonum propria, conjiciunt peri
ti, hanc urbem olim ditioni Amazo
num ſubjectam fuiſſe.

Quæ eadem conjectura profectò va
lere debet in iſto Demetrienſium, ho
eſt, civium Demetriadis urbis, ita di-
ctæ à Rege Demetrio, cognoment
Poliorcete, ut hanc non ab eo primùm

nditam, ſed inſtauratam credamus.




ùm enim ea urbs in Magneſia, Theſ-
liæ regione ſita eſſet, auctore Ste-
hano & aliis, ſtatim cùm nominis
ujus argumento, quod Magneſiæ ur-
ab Amazone inditum ſuprà vidi-
us; tum etiam bipennis, Demetria-
em multò antè quàm Demetrius illi
ium nomen imponeret, ab Amazone
onditam fuiſſe colligunt, neque aliud
ipennis figuram in nummo indicare.
Eodem argumento ſequentes num-
ios ad Amazonas trahunt, & qui in-
criptus ΑΧΑΙΩΝ ΕΥΜΕΝΕΩΝ,
c qui ΙΈΡΑΠΟΛΙΤΩΝ, ab iis po-
ulis ſignatus, nuper Speciminis Mo-

relliani ectypis vulgatus eſt, è Muſ
Amici noſtri. Priore parte velati cap
tis effigiem exhibet, cum hac inſcr
ptione, ΓΕΡΟΥCΙΑ. poſteriore
quitem cum bipenni in dextra, inſcr
ptio eſt, ΙΕΡΑΠΟΛΙΤΩΝ.




Sed & alium M. Aurelii ab iiſden
percuſſum, in quo ſimilis equitantis, bi
penni armati effigies, eodem pertra
hunt.



Nec prætereundus in hoc genere
dam Antonini Pii nomine ſigna-
, titulo ΟΞΥΡΥΓΧΙΤΗϹ.




hoc namque & mulieris expreſſa
igies ſtantis, cujus in dextra bipen-
, in ſiniſtra victoriæ, ut videtur, ſi-
um, ſed exiguitate minùs conſpi-
ım. Quæ inſcriptio indicat, percuſ-
n hunc nummum in ea parte Ægy-
, quæ ὀξυρυγχίτης ab piſce cognomi-
, quem cives colebant, vocabatur:
jus etiam nomine urbs ibi celebris
xyrynchus nominata; tum νόμος,
*efectura*, ὀξυρυγχίτης. Quo ipſe occa-
o datur curioſis ſuſpicandi, non igno-
m aut imperviam fuiſſe Amazonibus
Egyptum, neque incredibile eſſe quod

Diodorus tradit, has cùm in Afri
magno armorum fragore res gereren
in Ægyptum quoque ad Orum tum r
gnantem profectas. Cui ſuſpicioni no
nullam afferre videtur probabilitate
alter Hadriani, ab Ægyptiis itidem
gnatus, mulieris effigie, quæ Regi
throno ſedenti adſtat, manu alterâ h
ſtam, alterâ bipennem tenens.



Ad hunc modum & in Galieni Im
numiſmate, quod in ambitu inſcriptu
præfert ΖΕΥΞΙΔΟΥ nomen, in ba
ΜΟϹΤΗΝΩΝ, utpote à Moſten
Lydiæ populis percuſſum, bipennem i
manu equitantis, Amazonium quic
dam ſubindicare non dubitant.




c ſecius effigies peltatæ mulieris,
xtrâ haſtam, gradu ad pugnam com-
ſito intentantis, in nummo inſcripto
NTHAHTΩN, quem alioqui rarum
er alias Gazæ literariæ opes ſervat
ſchius, doctiſſimus Legum Profeſſor
ſileenſis: nos ejus ectypum damus.



Eandem & aliorum, ut tandem abſo
vam, nummorum in quibus pelta a
bipennis ſpectatur, rationem cenſen
Sed de his ſatis. Nunc de regionibu
tumulis, lucis & ſepulcris aliqua Am
zonum memoriâ inſignibus, quæ pot
obſervare, exponam.

## CAPUT XXXVII.

*De locis, quorum aliqua in Amaz*
*num hiſtoria mentio habetur.*
*Ac primûm de Thiba.*

OMnis quidem urbs, oppidum
aut pagus, locus dici poteſt; at nc
locum omnem viciſſim urbem aut o
pidum dici poſſe manifeſtum eſt. Mu
tò enim latiùs patet loci appellatic
quam urbis, & aliorum quæ loci appe
latione comprehenduntur. Hinc lo
Geographi ab iis quæ propriè urbes d
cuntur, diſtinguunt; & Euſtathius i
comment. ad Dionyſii περιήγησιν, han
etiam diſtinctionem in referendis A
mazonu

mazonum ſervat : Ὅτι δὲ αἱ Ἀμαζόνες πολλοὺς ἐν Ἀσίᾳ κατέχον τόπους ποτὲ, δηλοῦσι καὶ κρῆναί τινες Ἀμαζόνων ὁμώνυμοι, ἢ μὴν καὶ πόλεις· οἷον αὐτὴ ἡ Ἔφεσος, ἡ Ἀναία, ἡ Μύρινα ἡ Αἰολική. ἔστι δὲ καὶ Ἐλαία τόπος πρὸς τῇ κωμη * κατὰ τὸν Ἀῤῥιανὸν ἀπὸ Ἐλαίας Ἀμαζόνος. καὶ πρὸς τῷ Πόντῳ δὲ Θίβα τόπος, διὰ τοῦ ī ἔχων τὴν παραλήγουσαν, ἀπὸ μιᾶς τῶν ὑφ' Ἡρακλέους ἀναιρεθεισῶν Ἀμαζόνων σχοῦσα τὴν κλῆσιν. i. e. *Quod autem Amazones multa olim in Aſia loca occupaverint, fontes nonnulli ab Amazonibus nuncupati arguant. Sed & urbes, velut Epheſus ipſa, Anæa, & Myrina Æolica. Eſt & Elæa locus juxta * auctore Arriano, ita dictus ab Elæa Amazone. Tum juxta Pontum locus eſt Thiba per ī in penultima, ab una Amazonum ab Hercule interfectarum nomen adepta.*

Non me latet Elæam nomen eſſe urbis in Æolide, Pergamenorum navale apud Strabonem, & Stephanum in hac voce : verùm & locum fuiſſe eodem nomine, Euſtathii verba allata, niſi fallor, indicant Certè Thibam non eſſe urbem, ſed regionem ab Ama-

zone ibi ſepulta dictam, ex Stephano etiam colligi poteſt, qui locum appellat. Θίβα (ita legendum pro Θηβαῒς literarum ſeries indicat) *τόπος πρὸς τῷ Πόντῳ ἀπὸ μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων*, &c. *Thiba locus ad Pontum, ab una Amazonum*, &c. Nihil autem abſurdi eſt, à Thiba initium ſumere hujus locorum conſiderationis; quando ſuprà ſatis de Amazonum montibus & aliis adjacentibus diximus, cùm de earum patria ageremus.

Ac nomen, quod attinet, quod huic loco ab Amazone ibi ſepulta inditum ſit, quemadmodum & Thibiis earum regionum incolis, ſatis ex dictis conſtare poteſt. Quæ autem de eorum ingenio ad veneficia & malas artes Plinius ex Græcorum monumentis tradit, non præteribo; verba ipſa adſcribam: *In eadem Africa familias quaſdam effaſcinantium Iſigonus & Nymphodorus tradunt; quarum laudatione intereant probata, areſcant arbores, emoriantur infantes. Eſſe ejuſdem generis in Triballis & Illyriis, adjicit Iſigonus, qui viſu quoque effaſcinent,*

*interimantque quos diutius intueantur, iratis præcipuè oculis : quod eorum malum faciliùs ſentire puberes. Notabilius eſſe, quòd pupillas binas in oculis habeant. Hujus generis & feminas in Scythia, quæ vocantur Bithiæ, prodit Apollonides. Philarchus, & in Ponto Thibiorum genus, multoſque alios ejuſdem naturæ; quorum notas tradit in altero oculo geminam pupillam, in altero equi effigiem. Eoſdem præterea non poſſe mergi, ne veſte quidem degravatos.* Horum & Plutarchus lib. 5. Sympoſ. cap. 7. mentionem facit, ubi malè Θηβεῖς pro Θιβίοι ſcriptum eſt : Καί τι τούς γε περὶ τὸν Πόντον οἰκοῦντας πάλαι Θηβεῖς προσαγορευομένους ἱστορεῖ Φίλαρχος οὐ παιδίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τελείοις ὀλεθρίους εἶναι. i. e. *Cæterùm eos qui circa Pontum habitant, Thebes vocatos tradit Philarchus, non pueris modò, ſed etiam adultis peſtem afferre.* Qui locus Plutarchi mihi mendi ſuſpectum reddit Plinianum. Cùm enim Plutarchus dicat, non ſolùm infantibus, ſed etiam adultis eos homines eſſe peſtiferos, nullo modo eſt veriſimile, eam peſtem faci-

liùs puberes & adultos ſentire, quàm parvulos. Itaque ſic verba Plinii cenſeo legenda: *quod eorum malum faciliùs pueros ſentire quàm puberes.* Sed hæc obiter. Potiſſima difficultas videre quid Philarchus iſte, & ex illo Plinius ſibi velint, cùm Thibios & alios ejuſdem naturæ, his notis ab aliis diſcernunt, quod in altero oculo geminam pupillam haberent, in altero equi effigiem. Quid item ſentiendum ſit de iſtis Scythiæ veneficis feminis, quas Apollonides Bithyas, ſive, ut emendat Salmaſius, bituas, hoc eſt, δικόρεις, vocatas refert: quid de ea ſaga, cui Ovidius eandem hiſtoriam ſecutus, pupulam duplicem tribuit:

*Hanc ego nocturnas verſam volitare per umbras*
*Suſpicor, & pluma corpus anile tegi;*
*Suſpicor, & fama eſt. Oculis quoque pupula duplex*
*Fulminat, & geminum lumen ab orbe venit.*

Hæc namque ſi ita, ut verba ſonant, accipiantur, quàm ſint dictu abſurda & incredibilia, nemo paulò emunctior non videt. Quis enim naturæ eam amentiam tribuat, ut binas in eodem oculo

pupillas, geminum viſum ulla in hominum, aut aliorum animalium gente fecerit? Hanc igitur difficultatem occaſione oblata, tentabo explicare, eòque impenſiùs, quòd magnus Salmaſius in textu auctorum ſuorum conſtituendo occupatus, dum occurrentia undique lectionum monſtra debellat, ad hanc naturæ contemplationem reſpicere non potuit. Sed abſit, ut ejus rationis quam pridem alii meditando extuderunt, auctoritatem mihi arrogem, ac, quod turpiſſimum eſt, alieno labore partam gloriam in me tranſmoveam. Quorſum igitur hæc? Quia quod hîc dicturus fui, pridem Vopiſcus Fortunatus Plempius occupavit, & qui *δίκοροι* Græcis, hoc eſt, *bitui*, dicantur, erudita & ſcita interpretatione recluſit, in Ophthalmographia lib. 1. cap. 11. cujus verba adſcribere viſum eſt. *Figura pupillæ non omnibus animantibus ſimilis; in homine eſt ſemper rotunda, quantùm mihi aliiſque licuit obſervare, in bove ovalis, in fele fiſſuræ inſtar à ſummo deorſum tendentis oblonga.*

*Geminam in oculo pupulam agnovit Ovidius* 1. *Amorum: in Ponto Thibiorum generi idem naturale eſſe prodidit Philarchus: item quibuſdam feminis in Scythia tradit Plinius ex Apollonide, quas omnes ubique viſu nocere auctor eſt Cicero. Hoc an verum ſit, expendemus aliàs accuratiſſimè. Nunc notandum, homines illos duplici pupilla dici præditos, non quòd in eorum oculis geminum eſſet foramen uveæ, ſed quòd iridem ipſam duplici colore haberent præditam. Nam exterior iridis circulus, qui album contingit, in illis niger erat, & ejuſdem coloris cujus & pupilla. Hinc duplicem pupillam habere crediti.* Δίκοροι *Græcis dicuntur, ubi* κόρη *non pro foramine uveæ tantùm, ſed pro toto eo ſumitur, quod ab oculi parte candicante diſcernitur. Qua in ſignificatione, & Pollux & Dioſcorides aliquando ſumpſere.* Διασυρράκοις *eoſdem vocatos ſcribit Heſychius. Nam* τὴν ἅλω *nigram habent, hoc eſt, extimum iridis circulum, iridem ipſam cæſiam, aut alio colore infectam, pupulam nigram. Latinis dicti ſunt tales bitui, quaſi bis tueantur.*

Hæc vir ille doctus. Heſychii verba ſi quis requirit, ſunt hujuſmodi: Διαςύρακοι, οἱ τὴν μὲν κόρην, καὶ τὸ ἄλω μέλαιναν ἔχοντες, τὸ δὲ ἶριν ἔνωχρον. *Diaſtyraci ſunt, qui pupillam, & extremum iridis ambitum nigrum, ipſam autem iridem colore luteo præditam habent.* Ita & Phavorinus in Lexico. Nec porrò omittenda alia viri ejuſdem doctiſſimi animadverſio ad eundem Plinii locum; qui notatum à Philarcho in altero Thibiorum oculo ἵππον, *equi effigiem*, vertit, non intelligens, quid ibi τοῦ ἵππου nomine Philarchus intelligeret. Eſt enim ἵππος apud Medicorum filios, oculorum affectio quidem & vitium, ſed inſitum, quod qui patiuntur, iis oculi nunquam quieſcunt, ſed nictatione aſſidua palpitant & contremiſcunt. Ita ergo Plempius lib. 5. ejuſdem operis cap. 1. ubi de palpebrarum affectibus tradit: *Hîc adde Plinii vel oſcitantiam, vel imperitiam in intelligendo Philarcho; qui cùm in Ponto proderet Thibiorum genus, multoſque alios ejuſdem naturæ, quorum notas tradit in altero oculo*

*geminam pupillam, in altero* ἵππον*: hoc Plinius lib. 7. cap. 2. interpretatur equi effigiem malè; cùm Philarchus intellexerit ingenitam illam oculi affectionem, qua inſtabilis & tremulus aſſiduo motu concutitur.*

Non minùs prodigioſum, quod de iiſdem addit Plinius ex eodem auctore, in flumina aut mare conjectos non poſſe mergi, ne veſte quidem oneratos. Cujus monſtri etiam meminit Stephanus citato loco: Καὶ τὰ σώματα αὐτῶν ῥιφέντα εἰς θάλασσαν, οὐ καταδύουσι· *neque eorum corpora in mare projecta* (inquit) *merguntur*. Sed hoc nemo naturæ peritus inter naturales hominum proprietates referendum putet, cùm nulla ratio quâ fieri poſſit, appareat: immo omnem naturæ captum excedat; quemadmodum & vis illa nocendi aſpectu ſolo, cujus fruſtra aliquis cauſam in natura quærat. Dæmonum hæc in barbaris & impiis gentibus opera fuiſſe omnino exiſtimandum eſt, qualia in ſagis facere aliquando maleficos Genios, fide digni auctores mul-

tis exemplis docent. Alioqui monſtris talibus infamem fuiſſe Pontum Maro etiam agnovit in Eclogis:

*Has herbas atque hæc Ponto mihi lectæ venena*
*Ipſe dedit Mœris: naſcuntur plurima Ponto.*
*His ego ſæpe lupum fieri, & ſe condere ſilvis*
*Mœrin, ſæpe animas imis exire ſepulcris,*
*Atque ſatas aliò vidi traducere meſſes.*

Sed de Thiba & Thibiis ab Amazone nuncupatis hactenus.

## CAPUT XXXVIII.

### *De luco Acmonio, & Martis inſula.*

INTER loca etiam Amazonum monumentis inclyta, invenio lucum Acmonium apud Apollonium lib. 2. ita dictum ab Acmonia urbe ſuprà memorata. Quo in luco Martem Harmonies potitum, generis Amazonum poſuiſſe fundamenta idem Apollonius eo loco memorat:

Δὴ γὰρ καὶ γενεὴν ἔσαν Ἄρεος Ἁρμονίης τε
Νύμφης, ἥτ' Ἄρηϊ φιλοπτολέμους τέκε κούρας
Ἄλσεος Ἀκμονίοιο κατὰ πτύχας εὐνηθεῖσα.

i.e. *Erant enim (Amazones) Martis ge-*

*nere prognatæ ; & Nymphæ Harmonies, quæ Marti per luci Acmonii avios receſſus copulata, filias bellatrices peperit.*

Situs autem is lucus circa Thermodonta fluvium, ad quem, ut viſum eſt, Amazones habitabant. Stephanus: Ἐστι καὶ ἄλλο Ἀκμόνιον ἄλσος περὶ Θερμώδοντα, ἐφ᾽ οὗ μιγεὶς Ἄρης τῇ Ἁρμονίᾳ, τὰς Ἀμαζόνας ἔσχεν, ὡς Ἀπολλώνιος ἐν δευτέρῳ. *Eſt & lucus Acmonius circa Thermodontem, ubi Mars compreſſâ Harmoniâ ex ea Amazonas habuit; ut eſt apud Apollonium lib. 2.*

Idem & inſulæ meminit, in qua Otreram & Antiopen Amazonum Reginas lapideum Marti templum exſtruxiſſe refert. Νῆσον ἐρημαίην, hoc eſt, *inſulam deſertam*, appellat, utpote hominum vacuam, ſolis avium Stymphalidum catervis habitatam, ab eo tempore, quo eas Hercules à Stymphalide palude in Arcadia vi abegerat.

Τοὺς παραμειβόμενοι λιαρῇ ἐπικέλσετε νήσῳ,
Μήτι παντοίῃ μέγ᾽ ἀναιδέας ἐξελάσαντες
Οἰωνοὺς, οἳ δῆθεν ἀπειρέσιοι ἐφέπουσι
Νῆσον ἐρημαίην. τῇ μέν τ᾽ ἐνὶ νηὸν Ἄρηος

Ἄιγνεον ποίησαν Ἀμαζονίδων βασίλειαι
Ὀτρηρή τε καὶ Ἀντιόπη, ὁπότε στρατόωντο.

i. e. *Hos prætergreſſi* ( *Moſſynas* ) *appelletis ad inſulam aſperam, poſtquam inde omni conſilio exegeritis importunas aves, quæ immenſa multitudine inſulam deſertam infeſtant. Ibi Otrera & Antiope Amazonum Reginæ templum Martis lapideum exſtruxerunt, cùm in iis oris militarent.* Hanc inſulam à Marte, qui Ἄρης Græcis dicitur, Ἀρητιάδα fuiſſe appellatam notat Scholiaſtes. Videtur ea ipſa eſſe, quam Scymnus Martis inſulam vocat, & Ceraſunti è regione ſitam dicit.

Κερασοῦς
Κεῖσθ' ὑπ' αὐτὸ, καθ' ἃς ἔρημος κειμένη
Ἧς ἄντικρυς παράκει' νῆσος Ἄρεως
Λεγομένη.

Ex quo & Stephanus: Ἄρεως νῆσος περὶ τοῖς Κόλχοις ἐν τῷ Πόντῳ, *Martis inſula verſus Colchos in Ponto.* Certè quam Plinius inter Ponti inſulas lib. 6. cap. 12. deſcribit, ea ipſa eſt. *Et contra Pharnaceam Chalceritis, quam Græci Ariam dixerunt, ſacramque Marti, & in ea volucres cum advenis pugnaſſe pinnarum jactu.*

Neque obſtat quod hanc Ariam Græcis dictam tradit. Hoc enim diſcrimen eſt terminationis, non ſignificationis. Quid ſi Aretiada, ut apud Apollonium, vel Aretiam, legamus, quanquam non video, cur non ab Αρεως, Αρειος & Αρεια dicatur? Sed ibi de Aretiade loqui Plinium, quæ in fine addit de volucribus ejus inſulæ incolis certiſſimè demonſtrant: *Et in ea volucres cum advenis pugnaſſe pinnarum jactu.* Quâ notâ apertiſſimè deſignat, Stymphalidas aves, in Aretiada inſulam ab Hercule compulſas: has namque potuiſſe ex alis pennas inſtar ferri duras & acutas, ſagittarum modo vibrare in obvios, canit Apollonius his verſibus:

Τοὺς παραμειβόμενοι καὶ δὲ σχεδὸν ἀντιπέρηθεν
Νήσου Αρητιάδος, τέμνον πλόον εἰρεσίῃσιν
Ημάτιοι. λιαρὴ γὰρ ὑπὸ κνέφας ἔλλιπεν αὔρη.
Ηδη καί τιν' ὕπερθεν Αρήϊον ἀΐσσοντα
Ενναέτην νήσοιο δι' ἠέρος ὄρνιν ἴδοντο·
Ος ῥα τιναξάμενος πτέρυγας κατὰ νῆα θέουσαν
Ηκ' ἐπὶ οἱ πτερὸν ὀξύ· τὸ δ' ἐν λαιῷ πέσεν ὤμῳ
Δίου Οἰλῆος.

i. e. *Hos prætergreſſi, & quidem ferè ex*

*ulteriore parte inſulæ Aretiados, iter remis interdiu ſecabant; nam ventus egelidus ſub diluculum defecerat. Jamque adeo quandam deſuper avem Martiam, inſulæ incolam, per aërem irruentem videbant, quæ alas excutiens juxta navem currentem, acutam illi immiſit pinnam. Hæc verò in ſiniſtrum divini Oilei humerum incidit.* Ubi & volucrem è Stymphalidum grege pinnarum jactu, ut loquitur Plinius, pugnantem inducit. Confirmat Scholiaſtes ex Timagneto: Περὶ δὲ τῶν ἐν αὐτῇ (Αρητιάδι) ὀρνέων μέμνηται Τιμάγνητος· εἰσὶ δὲ σιδηρόπτεροι, αἳ λέγονται Στυμφαλίδες. *De avibus autem in ipſa Timagnetus prodit: alis autem ferreis inſtructæ ſunt, & Stymphalides dicuntur.* Idem Natalis Comes ex Timageta refert lib. 7. cap. 1. *Memoriæ prodidit Timagetas Stymphalides illas, quæ repulſæ fuerunt ab Hercule, alas, & roſtra, & ungues habuiſſe ferreas, quas modò* σιδηροπτέρους, *ferreis alis ſcilicet, modò* σιδηρόνυχας, *hoc eſt, ungnibus ferreis, modò* σιδηρορύγχους, *roſtris ferreis nominavit.* Quæ ad hunc modum dicta ac-

cipio, ut apud Homerum *σιδήρειον ἦτορ* *cor ferreum*, æripedem cervam apuc Maronem, æripedes tauros apud Na ſonem 7. Metamorph. ut cornea piſca torum corpora apud Plinium; nemp per hyperbolen Poëtis familiarem.

Neque porrò magis mihi incredibi les videntur miſſiles quopiam aviun in genere pinnæ, quàm in hyſtricibu pili ſpinarum inſtar duri, & cutis tor mento in modum jaculorum excutiend in adverſos, quod Ælianus in primo de Animalibus, & Plinius lib. 8. pro diderunt, Ariſtoteles etiam in hiſto riis tranſire patitur, ubi de aranearum telis, *ἀράχνιον* Græci vocant: Οὐδ ἔσωθεν, ὡς ἂν περίττωμα, καθάπερ φησ Δημόκριτος· ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ σώματος, οἷον φλοιόν, ἢ τὰ βάλλοντα ταῖς θριξίν, οἷον α ὕστριχες. i. e. *Non intrinſecus tanquam ex crementum, ut Democritus ait, ſed extrin ſecus è ſuo corpore veluti corticem, au more eorum, quæ ſuos villos jaculantur ut hyſtrices.* Harum meminit Pauſania in Arcadicis, & in Arabia naſci cen ſet, gruum amplitudine, figurâ autem

ibidum : inde ex his multitudinem olim evolaſſe in Arcadiam juxta Stymphalum, unde iis nomen; poſtea Herculis operâ fugatas, in Aretiæ inſulæ deſertis conſediſſe. Eaſdem, πλωΐδας vocat Apollonius,

Πλωΐδας ὄρνιθας, Στυμφαλίδας,

quòd in lacu Arcadiæ Stymphalide natarent. Fortaſſe autem rectiùs hæc monſtra præſtigiis dæmonum aſſignentur, ſagarumque artibus ſe ſe in aves obſcœnas transformantium. De quo maleficio Ovidius lib. 15. Metamorph.

*Eſſe viros fama eſt in Hyperborea Pallene,*
*Queis ſoleant levibus velari corpora plumis,*
*Cùm Tritoniacam novies ſubiere paludem.*
*Haud equidem credo, ſparſæ quoque membra veneno*
*Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.*

Neque obſtat, quod negat ſe credere; ſatis eſt quod famâ vulgatum, literiſque proditum, atque hoc ipſo credibile, ſi ſit ſanæ interpretationi locus. Hæc autem paulò accuratiùs explicata de tam vetuſtis rebus, quas cæteri homines, ut penitus fabuloſas, ſicco pede tranſmittunt, vereor ut ſeveri ſupercilii lectoribus probentur. Sed conſide-

rent, non potuiſſe me hæc prorſus intacta relinquere, ſi locum Apollonii de Aretiade inſula, quò me rerum ſeries & conſequentia adduxit, omnium intelligentiæ meâ operâ pervium & planum eſſe vellem.

Eodem ſpectat Areopagi, celeberrimi olim Athenis loci appellatio, quam ab Amazonibus repetit Euſtathius Comment. ad Dionyſium, Martis nomine indito, quòd ſe Martis filias dicerent. Ibidem & templum fuit ab Amazonibus conſecratum, earumque nomine Αμαζόνειον vocatum, ut notat Harpocratio ex Iſæi Oratione apud Dioclem. Vide & Suidam in hac voce.

## CAPUT XXXIX.

### *De Dianæ Aſtrateæ, & Amazonii Apollinis templis.*

Auctor eſt Pauſanias in Laconicis, Pyrrhichi (nomen id oppi-

li à Pyrrho Achillis filio ita appellati)
emplum fuiſſe Dianæ, cognomento
Aſtrateæ, alterumque Apollinis Ama-
onii : Εστι ἐν τῇ Πυῤῥίχῳ φρέαρ ἐν τῇ
γορᾷ· δοῦναι δὲ σφισὶ τὸν Σιληνὸν νομί-
ζουσι· σπανίζοιεν τ᾽ ἂν ὕδατος, εἰ τὸ φρέαρ
ῦτο ἐπιλείποι. Θεῶν δὲ ἐν τῇ γῇ σφίσιν
ερά ἐστιν, Αρτέμιδός τε ἐπίκλησιν Αστρα-
είας, ὅτι τῆς ἐς τὸ πρόσω στρατείας ἐνταῦθα
παύσαντο Αμαζόνες· καὶ Απόλλων Αμα-
ζόνιος. ξόανα μὲν ἀμφότερα ἀναθεῖναι
λέγουσιν αὐτὰ τὰς ἀπὸ Θερμώδοντος γυ-
ναῖκας. i. e. *Pyrrhichi in ipſo foro puteus*
*ſt, quem ſibi à Sileno datum credunt.*
*Quòd ſi puteus iſte deficeret, magna aquæ*
*pud eos eſſet penuria. Habent Pyrrhichii*
*eorum apud ſe templa, & Dianæ Aſtrateæ.*
*auſa nominis, quòd Amazones eum lo-*
*um ſuarum expeditionum militarium fi-*
*em & metam eſſe voluerunt. Sed & A-*
*azonii Apollinis eadem de cauſa. Vtriuſ-*
*ue Dei ſimulacra ex ligno. Dicaſſe autem*
*icuntur mulieres à Thermodonte profectæ.*
ilius Gyraldus ex hoc loco : *Amazo-*
*ius Apollo, ſic dictus apud Lacedæmonios,*
*uoniam in agro Pyrrhichio Amazones*

*contra Græcos pugnare deſierant. Unde i Aſtrateæ Dianæ ſacellum conſtructum fui Amazonii Apollinis & Pauſanias in L conicis meminit.* Ubi minùs commod quidem, quæ propria nominis Aſtrate expoſitio eſt, transfert ad Apolline Amazonium. Eſt autem ἀςρατεία, m litiæ vacatio ſive ejuratio, quam qu eo loci tunc profeſſæ Amazones, inc nomen Deæ inventum, tum ſimul crum & templum, quo id poſteris t ſtatum fieret, poni placuit. Hæc ve eſt ratio hujus nominis, quicquid G ropius reclamet, qui vocabuli Græc indignantibus Muſis, originem à lin gua Cimbrica arceſſit.

Nec verò in hac voce tantùm, ſe in quamplurimis aliis, imò in omn bus mirè illudit lectoribus ſuis hom alioqui eruditus & multæ lectionis utpote qui nec dubitet Athenas ipſ ab Amazonibus conditas & nominat invitâ Minervâ profiteri. Cui urbi admirabile à Cimbrico idiomate et mon extundit. Ipſum conſulat qui v let in Amazonicis; mihi verò non v

at, neque talia referre operæ pretium
uto. Illud interim non inficiabor,
uod ille ex monumentis Amazonum
aſſim in Aſia & Europa extantibus
nfert, latè has per orbem terrarum
rma circumtuliſſe: neque enim, niſi
iperiores & rerum potentes, urbes
ondere, templa excitare, ſepulcra ſuis
xſtruere potuiſſent. Neque invitus le-
o hæc Goropii: *Ubicumque Romanorum
pulcra aut cippos invenimus, Romanos
rum habenas tenuiſſe confitemur. Quis
im unquam hoſti hunc honorem, quis
us memoriæ ad poſteros cum laude tranſ-
ittendæ pecuniam impendat, qui ut pe-
niam libertatemque auferret, armatus
lvenerat? Victores ipſi ſibi monumenta,
ſi ſibi trophæa erigunt, ipſi ſuos magni-
is ſepulcris & cippis honorant, fruſtra
ioquin hæc decora à victis exſpectaturi,
ſi ad ea vi compellerent. Hac igitur via
ratione perſpicuum fit, quid cauſæ ſit,
tot in Græcia Amazonum ſint ſepulcra.*
olùm id mihi rationi parum conſen-
neum videtur, eam feriſſimis atque
cultiſſimis gentibus tribui ſapientiam,

quâ urbibus & aliis locis nomina, nc
modò rebus congruentia, ſed etiam
abditis petita Philoſophiæ fontibus i
ponerent. Quale nomen cenſet *Ath*
*na*, quod Cimbricum ſive Amaz
nium eſſe contendit, & earum ge
tium linguâ idem valere, quod La
nis, *tene æternitatem*.

Hoc igitur & Palladis, & urbis
thenienſium etymon ſciſcit, ubi & h
effatum ſanè admirandum ponit. *F*
*runt autem* (inquit) *Cimbrorum in ci*
*tatibus nuncupandis ea conſilia, ut n*
*men oraculi vim haberet. Quo tamen*
*cto id conſecuti ſint, ignoro; niſi cre*
*mus ſemper apud eos vates fuiſſe at*
*Sibyllas.* Atqui non credo: quin h
putare, nedum ita confidenter abſq
ullo teſtimonio profiteri, ab homi
prudente & literis exculto alienum
dico. Eruditionis omnis & ſapient
humanæ originem patriamque no
mus, & hanc multùm remotam
Cimbrorum & talium gentium barb
rarum colluvie. Abſit ut lucem orb
Cimmeriis tenebris ortam credam

de profectò orta eſt humanitas om-
s, virtus, ſapientia, unde humanum
nus; ab ea ſcilicet mundi plaga,
am Ganges, Euphrates, Tigris al-
unt, ut Moſes tradit: hanc habuit
triam primus ille hominum parens à
rra excitatus, & nuncupatus Adam:
nc primi patres, hinc Hebræi pro-
cti, à quibus poſtea diſciplinarum
nnium elementa Ægyptii & aliæ
ntes acceperunt. Neque id quidem
ſque proceſſu & ordine. Ut enim
imùm ab Hebræis Ægyptii viciniâ
mmeatum faciente hauſerunt; ſic
ræci poſtea ab Ægyptiis, ad quos
haletem, Pythagoram, Democritum,
latonem, Eudoxum commeaſſe do-
rinæ causâ proditum. Cæterùm &
os ab Hebræis multa furto ſublegiſſe,
iæ in ſuam philoſophiam transfer-
nt, rebus manifeſtis demonſtrant
ri eruditiſſimi. Et Iamblichus de vi-
Pythagoræ, hunc in Palæſtina di-
endi causâ peregrinatum teſtatur.
Iis igitur auctoribus, non Cimme-
orum vatibus, quos nemo doctus

agnoſcit, primæ veritatis ſcintill
Græcis effulſerunt; quas conceptas ip
proprii ingenii felicitate & ſtudiis alue
runt, atque ad alias gentes propag
runt.

His accedit indubitata naturæ ratio
quæ in regionibus frigidis, quales jux
ta polum, homines robuſtos magis
audaces, atque ad arma promptos
quàm ingenioſos & prudentes, naſ
voluit. Et vice verſa, ſub molliore cœ
lo, & tractu ad calorem vergente,
temperatis plagis, acuta ingenia,
omnium capacia, quæ cœli ambitu co
tinentur, non ita amplis neque rob
ſtis corporibus committit: ita quiden
ut frigidarum regionum incolæ ali
comparati, eam habere rationem o
ſerventur, quam juvenes ad ſenes, v
nolenti ad ſobrios, ut ſuprà ex Ar
ſtotele recitabamus, cùm de cauſis be
licæ Amazonum indolis & inuſitati r
boris loqueremur. Sed de his aliàs a
curatiùs, ſi Deus dederit. Nunc qu
ſuperſunt propoſiti exequamur, & d
Amazonum ſepulcris agamus.

## CAPUT XL.

### *De ſepulcris Amazonum.*

ſUPRA quidem de his aliquid atti-
)gimus : hîc autem accuratiùs di-
ndum. In his ſuperbum in primis
memorabile occurrit illud, quod
yrinæ exſtructum in Troade, non
armorum faſtu & ſtructuræ magnifi-
ntiâ, ſed æternis Homeri verſibus,
ad. β. quos referre placet :

Ἔστι δέ τις προπάροιθε πόλιος αἰπεῖα κολώνη,
Ἐν πεδίῳ ἀπάνευθε, περίδρομος ἔνθα καὶ ἔνθα·
Τὴν ἤτοι ἄνδρες Βατίειαν κικλήσκουσιν,
Ἀθάνατοι δέ τε σῆμα πολυσκάρθμοιο Μυρίνης,
Ἔνθα τότε Τρῶές τε διέκριθεν ἠδ' ἐπίκουροι.

*. Eſt autem quidam in tumorem emi-
ns locus ante urbem, extra muros, in
nitie, in ambitum hinc & inde patens,
quis curſu obire velit. Hunc homines
tieam vocant, Immortales autem ſepul-
m præſtanti pedum velocitate Myrinnes.
i tunc Trojani diſtincti fuerunt, & au-
liares copiæ.*

In hac igitur tam accurata deſcri
ptione notanda primùm ſe ſe offer
veterum conſuetudo, homines meriti
illuſtres, aut genere nobiles, ſepeliend
ſub montibus. Quem morem ſequente
Amazones, Myrinæ præſtanti bella
trici ſepulcrum ſub colle excelſo po
ſuiſſe dicuntur. Sic ipſa Myrina apu
Diodorum lib. 4. cæſas quodam in præ
lio Amazonas tribus magnis agger
bus ſepelit; qui (eodem teſte) huc u
que Amazonum tumuli appellantu
Sic Hercules, eodem prodente lib.
cap. 2. Pholum, centaurum amicum
ſub monte etiam poſt obitum com
ponit. Quæ res (inquit) ei glorioſio
omni columna accidit. Ab ipſo enim
mons abſque alio epigrammate, Pho
los cognominatus eſt. Sic & Semir
midem tumulos ſepeliendis amaſiis ſu
exaggeraſſe, ex Cteſia refert Geo
gius Syncellus. Τοῦτον (Νῖνον) διεδέξα
Σεμίραμις ἡ διαβόντος, ἣ πολλαχοῦ τ
γῆς ἤγειρε χώματα, προφάσει μὲν διὰ τ
κατακλυσμούς. τὰ δ' ἦν ἄρα τῶν ἐρωμένω
ζώντων κατορυσσομένων οἱ τάφοι, ὡς Κτ
σί

ἐίδας ἱϛορεῖ. *Huic (Nino) ſucceſſit famoſa illa Semiramis, quæ multis terrarum locis tumulos exſtruxit, quibus, ut ipſa prætendebat, eluviones arceret: revera ut ſepulcra eſſent amaſiorum, quos vivos ſub iis molibus infodiebat, Cteſia auctore.* Eodem hæc Maronis pertinent lib. 11. Æneid.

*Fuit ingens monte ſub alto*
*Regis Dercenni terreno ex aggere buſtum.*

Item Lucani lib. 8.

*Cùm tibi ſacrato Macedo ſervetur in antro,*
*Et Regum cineres exſtructo monte quieſcant.*
*Cùm Ptolemæorum manes, ſeriemque pudendam*
*Pyramides claudant, indignaque Mauſolea.*

Denique Servius in more id poſitum fuiſſe, ad modò indicatum Maronis locum his verbis confirmat: *Apud majores,* (inquit) *nobiles, aut ſub montibus altis, aut in ipſis montibus ſepeliebantur. Unde natum eſt, ut ſuper cadavera aut Pyramides fierent, aut ingentes collocarentur columnæ.*

Ex his de Batiea conjectare licet, humum ibi olim conſultò in tumulum & collem præcelſum exaggeratam fuiſſe Trojanorum ſimul atque Amazo-

num operâ, ut Myrinnes monumentum eſſet, cùm præſertim expreſsè Homerus dicat, eum collem quem homines Batieam vocarent, Amazonis monumentum dici Deorum linguâ. Quod ita interpretor, ut ſolis peritis rerum antiquarum, quos Muſæ erudiunt, notum eſſet eo loco ſepultam Amazonem, alii Batieam ſimpliciter præ ignorantia vocarent. Hujus nominis varias affert origines Stephanus in hac voce: Βατίεια, τόπος τῆς Τρωίας ὑψηλός· κέκληται ἀπὸ Βατείας τινὸς, ὡς Ἑλλάνικος ἐν πρώτῃ Τρωϊκῶν· ἢ ἀπὸ τοῦ πάτου τῶν ἵππων, ἤγουν τῆς τροφῆς, τροπῇ τοῦ π εἰς β. ἢ ἀπὸ τῶν βάτων. i. e. *Batiea, locus Trojæ altus: ſic vocatur à quadam Batia, ut Hellanicus auctor eſt lib. 1. Troïcorum: vel ab equorum pato, hoc eſt, pabulo, p in b converſo: vel à vepribus, qui* βάτοι *Græcè dicuntur.*

Harum originum prima multò mihi aliis probabilior videtur, quòd ſcilicet locus ille editus, in quo ſepulta Myrina, dictus ſit Batiea, à quadam femina ejuſdem nominis. Hæc autem Ba-

tia eſt Teucri filia, ut idem Stephanus Mnaſeæ teſtimonio confirmat in voce Δάρδανος, his verbis: Καὶ ἀποθανούσης Τηλεφάης, γαμεῖ τὴν Αρμονίαν ὁ Κάδμος, καὶ ἀποστέλλει τὸν Δάρδανον εἰς τὴν Ἀσίαν μετὰ τῶν ἑταίρων, πρὸς Τεῦκρον τὸν Τρῶα. ὁ δὲ Τρὼς ἀναγνωρίσας τὸν Δάρδανον, δίδωσιν αὐτῷ τὴν θυγατέρα Βάτειαν. καὶ ἀποθνήσκων, τὴν βασιλείαν καὶ πόλιν ἔκτισε Δάρδανος, καὶ Δαρδανίαν τὴν χώραν ὠνόμασεν. i. e. *Mortuâ Telephaë Cadmus Harmoniam duxit uxorem, & Dardanum unà cum ſociis mittit in Aſiam ad Teucrum Troëm, qui agnito Dardano, filiam Batiam in matrimonium tradit, & moriens regnum reliquit. Dardanus verò urbem condidit nomine ſuo, ac regionem Dardaniam nuncupavit.* Idem ex Arriano refert Euſtathius ad Iliad. β. Ὅτι Δάρδανος ἐκ Σάμου τῆς Θρακίας ἐλθὼν τὰς τοῦ Τεύκρου βασιλέως θυγατέρας ἔγημε Νησὼ καὶ Βάτειαν. i. e. *Dardanus è Samothracia cùm veniſſet, Teucri Regis filias duxit uxores Neſonem & Batiam.* At enimverò hæc nominis iſtius etymologia non placet Goropio, quam

ſuo more, meris nugis verborum ad hunc modum explodit: *Sunt quibus placeat ad Dardani uxorem nomenclaturæ cauſam referri; at illi non intelligunt diſcrimen vocum divinarum atque humanarum. Nos ad rubos quibus collis abundabat, reſpexiſſe eos volumus, qui Bateam nominarunt, ratione ruſtica potiùs, quàm divina; atque idcirco poëtam eleganter dixiſſe, nomen iſtud divinum eſſe, quòd ad ſacroſanctæ antiquitatis memoriam conſervandam datum fuiſſet.* Tum magna & præclara minatur: *Verùm* (inquit) *de hoc alibi, ubi de nominibus Deorum & hominum diſputabo.* Quaſi verò non poſſit diſcrimen iſtud nomenclaturæ divinæ ab humana aliter defendi, niſi nomen Βατίεια à βάτοις, hoc eſt, *rubis*, ducatur. Sed de Homerica hacce nominum diſtinctione prolixiùs diſputare, non hujus loci. Meminit Plato & Batieæ in Cratylo, ubi de divinis & humanis apud Homerum nominibus; citatque hunc verſum de Chalcide ave, *ἣν λέγει ὅτι,*

Χαλκίδα κικλήσκουσι θεοί, ἄνδρες δὲ κύμινδιν;

i. e. *Quam, inquit, Dii Chalcidem vocant, homines autem Cymindin.* Tum hæc ſubjungit: Φαῦλον ἡγῇ τὸ μάθημα, ὅσῳ ὀρθότερόν ἐστι καλεῖσθαι χαλκὶς Κυμινδίδος τοῦ αὐτοῦ ὀρνίῳ, καὶ Μυρίνην, ἢ τὴν Βατίειαν τε, καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ τούτου τοῦ ποιητοῦ καὶ ἄλλων; i. e. *An adeo frivolum putas intelligere quantò rectius ſit eandem avem Chalcidem quàm Cymindin nuncupare, & Myrinen quàm Batieam, aliaque multa Homeri & aliorum poëtarum?* Ita hunc locum Platonis lego, qui perperam in vulgatis libris ſcriptus eſt.

Sed ecce idem Goropius Strabonem caſtigat, tanquam ſcripſerit, Myrinam oppidulum ſub Batiea ſitum fuiſſe. Quod idem & Lycophronis Scholiaſten refert dixiſſe, falsò, quando neque hic, neque Strabo, id uſpiam dixiſſe reperitur; Strabo quidem lib. 12. poſtquam de Batiea dixit, Myrinæ oppidi, ut ab ea Amazone nuncupati, mentionem facit; Batiæ autem ſubjectum fuiſſe non dicit. Neque ex Scholiaſtæ verbis colligi poteſt.

De Amazonum in Libya tumulis modò dictum eſt, quibus præteritis, ut & aliis quæ in urbibus viſebantur, quarum urbium ſuprà mentio facta eſt, in Atticam continuò delatus, ibi monumenta Amazonum non pauca reperio. Refert Plutarchus in Theſeo, locum fuiſſe Athenis Ἀμαζόνειον dictum ab Amazonibus ibi ſepultis, quo tempore armis in Atticam irruperunt. Addit, alium fuiſſe Chalcide Eubœæ ejuſdem nominis. Meminit Plato τῆς Ἀμαζονίδος στήλης, *columnæ Amazoniæ*, in Axiocho; quam juxta urbis portas ſitam fuiſſe verba ejus indicant: Σω. Ὡς δὴ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ἤειμεν, ταῖς Ἰτωνίαις (πλησίον γὰρ ᾤκει τῶν πυλῶν πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι στήλῃ) καταλαμβάνομεν, &c. *Quo citiùs autem perveniremus, eam quæ juxta murum viam inivimus ad Itonias portas (in proximo namque habitabat Axiochus portæ quæ eſt apud Amazoniam columnam) invenimus*, &c. Hujus columnæ argumento intelligi poteſt, ibi aliquam Amazonum illuſtrium, aut plures conditas fuiſſe. Nam

& morem fuiſſe columnas tumulatis imponi, ex loco Servii ſuprà allato, & compluribus aliis veterum ſcriptorum, nemo paulò humanior non didicit.

An hæc columna Amazonia, cujus Plato mentionem facit, ea ipſa ſit, quam Plutarchus dicto loco impoſitam fuiſſe refert ſepulcro Hippolytes, vel, ut alii volunt, Antiopes Theſei uxoris, à Molpadia jaculo interfectæ, non liquidò affirmare poſſum. Sed tamen hunc locum, quia illum Platonis illuſtrat, & ſepulcrum Amazonis illius demonſtrat, ſubjungere haud gravabor: Ιππολύτην γὰρ οὗτος (Κλείδημος) ὀνομάζει τὴν τῷ Θησεῖ συνοικοῦσαν, οὐκ Αντιόπην. ἔνιοι δὲ φασὶ μετὰ τοῦ Θήσεως μαχομένην πεσεῖν τὴν ἄνθρωπον, ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν· καὶ τὴν στήλην, τὴν παρὰ τῷ τῆς Γῆς Ολυμπίας ἱερὸν, ἐπὶ ταύτῃ κεῖσθαι. i. e. *Nam is Hippolyten vocat eam, quam Theſeus habuit, non Antiopen. Quidam verò aiunt, hanc cum Theſeo pugnantem occubuiſſe jaculo à Molpadia transfixam; eique columnam eam, quæ eſt juxta Tel-*

*luris Olympiæ fanum, impoſitam eſſe.*

Sed & Megarenſes, eodem Plutarcho auctore & Pauſania in Atticis, Amazonum in ſuis terris ſepulcra oſtendebant; quorum verba adduximus ſuprà, cùm de peltæ Amazoniæ forma ageremus. Alias præterea idem circa Chæroneam ſepultas tradit, juxta rivulum quendam olim Thermodontem, poſtea Hæmonem nuncupatum. Λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν, ἑτέρας ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι παρὰ τὸ ῥευμάτιον ὃ πάλαι μὲν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται. Ejuſdem rivi meminit etiam in vita Demoſthenis, qui olim Chæroneæ agrum præterlapſus, in Cephiſum amnem caderet; ſua autem ætate, neque rivum neque fluvium in ea regione ejuſmodi ullum fuiſſe, qui Thermodon diceretur, teſtatur. Nec tamen negat aliquem fuiſſe rivum ejuſmodi illis temporibus, cùm Amazones armis Græciam inundarent, cui nomen iſtud, à Græcis joco an ſerio non dixerim, inditum veriſimile eſt. Imò eundem antiquitus Thermodonta vo-

catum cenſet, qui ſuo tempore Hæmon diceretur à ſanguine, quo is locus redundaſſet in illa pugna, quâ Græcos Philippus Macedonum Rex ad Chæroneam profligavit: Εἰκάζομεν δὲ τὸν καλούμενον Αἵμονα, Θερμώδοντα λέγεσθαι τότε, καὶ γὰρ παραρρεῖ παρὰ τὸ Ἡράκλειον, ὅπου κατεστρατοπέδευον οἱ Ἕλληνες· καὶ τεκμαιρόμεθα τῆς μάχης γενομένης, αἵματος ἐμπλησθέντα καὶ νεκρῶν τὸν ποταμὸν, ταύτην διαλλάξαι τὴν προσηγορίαν. *Veriſimile autem putamus, qui nunc Hæmon dicitur, tunc Thermodonta vocatum fuiſſe. Etenim propter Herculis templum labitur, ubi Græci caſtra habebant: ac conjicimus hunc amnem prælio inito, ſanguine & cadaveribus repletum, nomen mutaſſe.*

Sed memoranda in primis hoc loco, quæ ibidem Plutarchus ſuper hoc Bœotiæ Thermodonte ex Duride refert, utpote quibus maximè appareat Amazonas olim hoc ipſo in loco pugnaſſe: Ὁ δὲ Δοῦρις οὐ ποταμὸν εἶναί φησι τὸν Θερμώδοντα, ἀλλ᾽ ἱστάντας τινάς σκηνὴν, καὶ περιορύττοντας, ἀνδριαντίσκον εὑρεῖν λίθινον, ὑπὸ γραμμάτων τινῶν δια-

σημαινόμενον, ὡς εἴη Θερμώδων ἐν ταῖς ἀγκάλαις Ἀμαζόνα φέρων τετρωμένην. *At verò Duris hunc Thermodontem notat non fuiſſe amnem; ſed quoſdam, cùm ibi terram foderent ad tentorium figendum, humanum ſimulacrum ex lapide haud magnum inveniſſe, cui literæ inſcriptæ ſignificarent, Thermodontis eſſe hanc ſtatuam, qui ſauciam Amazonem ulnis comprehenſam ferret.* Hinc etiam lux Lucernæ Amazonum à Liceto typis vulgatæ, cujus ſuprà in diſputatione de peltis, ectypum dedimus, ejuſque argumentum fortaſſe aptiùs quàm ille fecit, ex hoc Plutarchi loco exponemus: ſi dicamus, non eſſe Amazonem quæ alteram ex vulnere languentem ulnis gerit, ut Licetus putavit; ſed virum, nempe hunc ipſum Thermodontem, cujus ſignum prope Chæroneam fodiendo inventum Duris ille prodidit.

Subdit Plutarchus: Φαίνονται δὲ μηδὲ Θεσσαλίαν ἀπραγμόνως αἱ Ἀμαζόνες διελθοῦσαι· τάφοι γὰρ αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν δείκνυνται περὶ τὴν Σκοτυσσαίαν, καὶ τὰς κυνὸς κεφαλάς. i.e. *Apparet autem neque*

*citra negotium Amazonas Theſſaliam pervaſiſſe: ſi quidem etiam nunc earum ſepulcra monſtrantur circa Scotuſſæam & canis capita.* Quibus verbis novum nobis indicatur monumentum Amazonum juxta urbem Scotuſſam, in ea Theſſaliæ parte ſitam, quæ Pelaſgia dicebatur, auctore Strabone & Stephano. Ibi & regio fuit eodem nomine, quam hîc Plutarchus gentili nomine τῆ Σκοτουσσαίαν vocat: dicebatur etiam κυνὸς κεφαλαὶ, de cujus appellationis ratione ampliùs quærendum.

Tot igitur Amazonum ſepulcra reperio apud veteres auctores; quibus admiranda earum virtus & animi magnitudo proditur: quæ tantùm telluris obierint, Aſiam, & præcipuas Græciæ regiones; cum fortiſſimis gentibus conflixerint, Athenienſibus, Spartanis, Theſſalis, ubique relictis rerum ſuarum monumentis. Nam neque ſepulcra ipſa meritum earum victoriis teſtimonium negant; quæ iis niſi ab ipſis victoria potitis exſtrui haudquaquam potuerunt: neque enim veriſimile eſt,

ipſos Græcos & alias gentes, quibus bellum ultro Amazones intuliſſent, ſuperatis ac cæſis monumenta poſuiſſe, quibus earum memoriæ honos apud poſteros haberetur. Aliud profectò eſt, trophæum erigere; aliud, ſepulcrum ædificare. Non ergo à victoribus ſtructa Amazonibus monumenta; ſed ipſas Amazones, ut dixi, bello ſuperiores ſuarum in præliis interfectarum manibus tale officium præſtitiſſe putandum eſt.

Sicubi autem adverſa uſæ eſſent fortuna, ibi non earum ſepulcra viſebantur, ſed locis in quibus cecidiſſent, nomen infauſtum addebatur, quo earum cladis memoria maneret; ut in Samo inſula, teſte Plutarcho ἐν Ἑλληνικοῖς: ubi narrat locum fuiſſe apud Samios, qui Πάναιμα, hoc eſt, *totus ſanguis*, vocaretur; cujus appellationis hanc reddit rationem: Ἀπὸ τίνος Πάναιμα τόπος ἐν τῇ Σαμίᾳ νήσῳ καλεῖται; ἢ ὅτι φεύγουσαι Διόνυσον αἱ Ἀμαζόνες, ἐκ τῆς Ἐφεσίων χώρας εἰς Σάμον διέπεσαν. ὁ δὲ ποιησάμενος πλοῖα, καὶ διαβὰς, μάχην

σιωῦψε, καὶ πολλὰς αὐτῶν ἀπέκτεινε περὶ τὸν τόπον τοῦτον, ὃν διὰ τὸ πλῆθος τοῦ ῥυέντος αἵματος, οἱ θεώμενοι, πάναιμα, θαυμάζοντες ἐκάλουν. i. e. *Quâ causâ factum eſt, ut locus in Samo inſula Panæma diceretur? An quia fugientes Dionyſum Amazones, è terra Epheſiorum in Samum inſulam commigrarunt. Ille autem navibus conſtructis exercitum trajecit, atque initâ cum iis pugnâ, magnam earum multitudinem circa eum locum concidit. Quem poſtea incolæ intuentes, ac cruoris effuſi redundantiâ obſtupefacti, Panæma, quaſi ſanguinis univerſitatem, vocarunt.* Tum de alio ejuſdem inſulæ loco idem ſubjungit: Τῶν δὲ φάντων ἀποθανεῖν, τινὲς λέγονται περὶ τὸ Φλοιόν, καὶ τὰ ὀστᾶ δείκνυται αὐτῶν· τινὲς δὲ λέγουσι καὶ τὸ Φλοιὸν ἐπ' ἐκείνων ῥαγῆναι, φθεγγομένων μέγα τι, καὶ διέτορον. Quæ antequam Latinè exprimo, emendare convenit: ibi enim perperam φάντων ſcriptum eſt, pro φθιμένων, ad quam dictionem ſignanda eſt virgula, ac ſequentibus verbum ἀποθανεῖν copulandum ſic: ἀποθανεῖν τινὲς λέγονται. *Earum verò quæ interfectæ*

*ſunt, nonnullæ mortem obiiſſe dicuntur circa Phlæum, oſſaque ipſarum monſtrantur. Nec deſunt qui dicant, tunc cùm hæc gererentur, eum locum diſruptum fuiſſe, Amazonibus magnum quid, & penetrabile vociferantibus.* Hæc eo loco Plutarchus de ſtrage illa Amazonum. Optarem ut tempus quo id factum eſt ſignaſſet, & quâ causâ Dionyſus ſic infeſto exercitu Amazones ex Epheſiorum terra in Samum inſulam tranſgreſſas proſecutus fuiſſet; quas ejuſdem ſigna ſecutas in bello contra Bactrianos apud Polyænum lib. I. Stratagem. legamus. Διόνυσος, Ινδοὺς ἑλὼν, αὐτούς τε Ινδοὺς καὶ Αμαζόνας ἄγων, συμμάχους εἰς τὴν Βακτρίων ἐνέβαλεν. i. e. *Bacchus ſubactis Indis, ipſos Indos & Amazones militiæ ſocias & auxiliatrices ducens, impreßionem in Bactrianorum terram fecit.* Sed nulla diſſenſio, ſi temporum ratio habeatur. Apparet enim, bellum illud Dionyſi in Amazonas circa Samum, præceſſiſſe aliquo tempore expeditionem in Bactrianos. Nihil autem abſurdi eſt, Bacchum Amazonas, antea debellatas atque in

ſuam poteſtatem redactas, poſtea duxiſſe contra Bactrianos.

## CAPUT XLI.

### *Scrupulus qui circa Amazonum nomina exoritur, removetur.*

POSTQUAM de urbibus ad Amazonas pertinentibus, & aliis monumentis, quæ nobis earum ad hæc uſque tempora memoriam cum nominibus conſervarunt, diximus; reſtat ut ſcrupulum removeamus, qui legentium animis objici poteſt, circa hæc ipſa Amazonum nomina, dum horum pleraque vident Græcâ percuſſa monetâ, nihil differentia ab iis quæ media in Græcia nati homines geſſerunt. Ejuſmodi ſunt quæ ab Hygino memorantur in fabulis cap. 163. *Ocyale*, *Dioxippe*, *Iphinome*, *Xanthe*, *Hippothoë*, *Otrere*, *Antioche*, *Laomache*, *Glauce*, *Agave*, *Theſeis*, *Hippolyte*, *Clymene*, *Pentheſilea*. Quibus alia addit Quintus Smyr.

næus in primo Παραλειπομένων.

Ἔνθ᾽ ἄρα ἦν Κλονίη, Πολεμοῦσά τε, Δηριόνη τε,
Εὐάνδρη τε, καὶ Ἀντάνδρη, καὶ δῖα Βρέμουσα·
Ἠδὲ καὶ Ἱπποθόη, μετὰ δ᾽ Ἁρμοθόη κυανῶπις,
Ἀλκιβίη τε, καὶ Ἀντιβρότη, καὶ Δηριμάχεια·
Ταῖς δ᾽ ἐπὶ Θερμώδωσσα μέγ᾽ ἔγχεϊ κυδιόωσα.
Τόσσαι δ᾽ ἄρ᾽ ἀμφιέποντο δαΐφρονι Πενθεσιλείᾳ.

*Aderant autem hæ, Clonia, Polemuſa, Derione,*
*Evandra, Antandra, & dia Bremuſa:*
*Tum etiã Hippothoë, unaq; Harmothoë nigris oculis;*
*Alcibieque, & Antibrote, cum Derimachia.*
*Et poſt has Thermodoſſa, magnã haſta gloriã adepta.*
*Tot bellicoſæ tum Pentheſilea in comitatu erant.*

In Epigrammate autem Imperatoris Hadriani ſuprà laudato, trium Amazonum nomina Græca traduntur. Eſt autem totum Epigramma hujuſmodi:

*Vt belli ſonuere tubæ, violenta peremit*
*Hippolyte Teuthranta, Lyce Clonon, Oebalon Alce:*
*Oebalon enſe, Clonon jaculo, Teuthranta ſagitta.*
*Oebalus ibat equo, curru Clonus, & pede Teuthras.*
*Plus puero Teuthras, puer Oebalus, & Clonus heros.*
*Figitur ora Clonus, latus Oebalus, ilia Teuthras.*
*Iphiclis Teuthras: Doryli Clonus: Oeba'us Idæ:*
*Argolicus Teuthras, Mœſus Clonus, Oebalus Arcas.*

Cæterùm inter eas Amazones, quibus Græci nomen impoſuerunt, referenda & Sphinx Amazon, quam Cadmum habuiſſe uxorem, ac ſecum The-

bas duxiſſe, Palæphatus tradit. Hoc enim nomen eſſe Græcum liquet παρὰ τὸ σφίγγω, *à ligando*, διὰ τὸ τὰ ἐσφιγμένα καὶ ἀνόητα λέγειν ῥήματα· *quòd verba adſtricta & involuta, nullique intellecta proferret*, ut ſcriptum eſt in Etymologico magno. Palæphati verba hæc ſunt: Κάδμος ἔχων γυναῖκα Ἀμαζονίδα, ᾗ ὄνομα Σφὶγξ, ἦλθεν εἰς Θήβας, &c. *Cadmus habens uxorem Amazonidem, cui nomen Sphinx, Thebas profectus eſt.*

Ex his & aliis quæ paſſim apud auctores occurrunt, nominibus Amazonum, puris putis Græcis, ſi quis tetricus cenſor, & ficta hæc nomina à Græcis; tum quæ de Amazonum gente & factis prodita, eorumdem Græcorum, otio & literis intemperanter abutentium inventa & commenta eſſe contendat, quo argumento, qua ratione, objectionis atrocitatem repercutiemus, ac præſentem lucubrationem noſtram vindicabimus, ne planè ad nihilum redeat?

An ad Goropii machinam confugiemus, hæcque nomina Græcæ eſſe ori-

ginis negabimus ; Belgicæ, vel etiam Cimbricæ linguæ vernacula dicemus? A Græcis eo modo interpolata, quo aliarum nationum vocabula, Hebræorum, Perſarum, Romanorum? Quî enim difficilius huic voci *Hippolyte*, etymon à Cimbrica lingua arceſſere, quàm *Aſtrateæ*, quod epithetum eſt Dianæ apud Pauſaniam ; quod facit Goropius. Nam ab *haſt*, hoc eſt, velox, & *rat*, hoc eſt, rota, deducit. Sed has nænias quis in nobis ferret, quarum pœnas adhuc pendit Goropius, dum paſſim apud eruditos *βεκκεσέλλωος* audit. Omiſſo igitur tam ficulneo, ut dicitur, auxilio, ſic nos tuemur.

Dicimus primùm, non placere Philoſophis argumentum quod nimis probat. Patet enim eadem ratione oportere, omnia illa eſſe ficta, quæ Græci de Priamo Rege, de Hectore, de Andromache, de Aſtyanacte, Polydoro, Ænea & aliis Trojanis dixerunt : ſi quidem & hos Græcis nominibus apud Homerum & alios ſcriptores appellari palam eſt. Ita neque Trojam fuiſſe

licemus, neque Græcos unquam Trojanis bellum intuliſſe, mendacii Homerus & reliqui Græciæ ſcriptores arguentur, totique, quàm longa eſt, Iliadi ſpongia inducetur. Quo quid furioſius dici poteſt? Quod enim tam concordi omnium veterum Poëtarum, Hiſtoricorum, Chronologorum teſtimonio proditum, & poſteris tranſmiſſum, inficiari quis niſi vecors & planè amens audeat?

Dicimus præterea, hunc quidem fuiſſe morem Græcorum, ut in ſuis libris rudia Barbarorum nomina in molliorem deflecterent ſonum, ac gentis ſuæ auribus accommodarent: quem morem & Romanis ſcriptoribus placuiſſe videmus, atque ipſi Cæſari in Commentariis rerum ſuarum, ubique nominibus nationum Gallicarum in Latini ſermonis conſuetudinem detortis; ut rectè Petrus Divæus Lovanienſis in libro de Galliæ Belgicæ Antiquitatibus notat. Cæterùm, eſt alia in his ratio paucis perſpecta, ſed hîc potiſſimùm conſideranda, quâ

oſtenditur, non modò id ſtudium
fuiſſe viris eloquentiſſimis, quos Græ-
cia tulit, ut literarum additione, de-
tractione, mutatione, tranſpoſitione
emollirent barbaras voces; ſed etiam
iis ſuppreſſis novas patriâ monetâ per-
cuſſas ſubſtituerent, rebus non minù
congruentes, atque idem planè ſigni-
ficantes. Quod ſanè Homerum feciſſe
in deſignandis Trojanorum Principi-
bus, docet Plato in Cratylo, Aſtya-
nactis & Hectoris exemplo. Horum
namque nominum auctorem Home-
rum cenſet Plato. Sic autem de hi
ſtatuit eo loco: Διὰ ταῦτα δὴ, ὡς ἔοι-
κεν, ὀρθῶς ἔχει καλεῖν τὸ τοῦ σωθῆρος ὑὸ
Ἀστυάνακτα, τοῦτον, ὃ ἔσωζεν ὁ πατὴρ αὐ-
τοῦ, ὥς φησιν Ὅμηρος. Et paulò pòſt: Σω
Ἀλλ' ἄρα, ὦ 'γαθὲ, καὶ τῷ Ἕκτορι αὐτὸ
ἔθετο τὸ ὄνομα Ὅμηρος. Ερ. Τί δή; ὅτ
μοι δοκεῖ καὶ τοῦτο παραπλήσιόν τι εἶναι τῷ
Ἀστυάνακτι· ὁ γὰρ ἄναξ καὶ ὁ Ἕκτωρ σχεδόν
τι ταὐτὸν σημαίνει· καὶ ἔοικεν Ἑλληνικοῖ
βασιλικὰ ἀμφότερα εἶναι τὰ ὀνόματα. οὗ γὰ
ἂν τις ἄναξ ᾖ, καὶ ἕκτωρ δήπου ἐστὶ τούτου
δῆλον γὰρ ὅτι κρατεῖ τε αὐτοῦ καὶ κέκτηται

*ἔχει αὐτό. i. e. Quapropter decet, ut vi-*
*tur, conſervatoris filium nominare ἀςυά-*
*κτα, id eſt, regem hujus, quod pater*
*ſius ſervavit, ut inquit Homerus. So.*
*tqui & Hectori, ô præclare, nomen ipſe*
*omerus impoſuit. Her. Quodnam? So.*
*ibi quidem videtur id nomen Aſtyana-*
*i eſſe quamproximum: fermè enim idem*
*nificant, putantque Græcè docti, utraque*
*ec nomina regia eſſe. Cujuſcumque enim*
*is ἄναξ, id eſt, rex exiſtit, ejuſdem eſt*
*ἕκτωρ, id eſt, poſſeſſor. Conſtat enim*
*minari illi, poſſidere, & habere.*

Cùm ergo Plato tam expreſsè di-
t, nomen iſtud Εκτωρ ab Homero fa-
icatum fuiſſe, quod heroi illi impo-
eret, ut virtutibus ejus & factis maxi-
è congruens; quidni & Amazonibus
eriſque nomina illa Græca hoc modo
Græcis auctoribus inventa credamus,
ıalia ipſi ſingulis magis congrue-
arbitrarentur; parùm ſollicitis,
ibus nominibus vocarentur apud po-
ılares ſuos; ſed iis conſultò præteri-
s atque ſuppreſſis, ut barbaris, ne Græ-
e elocutionis nitor & venuſtas pere-

grinarum interpoſitione vocum conta
minaretur? Quod hæc vera ſit cauſa
hicque mos veterum Græciæ ſcripto
rum fuerit circa nomina gentium, qua
omnes barbarorum appellatione fœda
bant, idoneus nobis auctor & locu
ples teſtis erit Joſephus lib. 1. Antiquit
cap. 6. ubi de poſteris Noë Patriarcha
& eorum diſperſione per univerſu
orbem terrarum, ex qua diverſæ ho
minum gentes extiterunt. Καὶ τῶν ἐθνα
ἔνια μὲν διασώζει τὰς ὑπὸ τῶν κτισάντω
κειμένας προσηγορίας· ἔνια δὲ καὶ μετ
βαλον. ἃ δὲ καὶ πρὸς τὸ σαφέστερον εἶναι δ
κεῖν τοῖς παροικοῦσι τροπὴν ἔλαβον. Ελ
ληνες δ' εἰσὶν οἱ τούτου καταστάντες αἴτιο
ἰσχύσαντες γὰρ ἐν τοῖς ὕστερον, ἰδίαν ἐποι
σαντο καὶ τὴν πάλαι δόξαν, καλλωπίσα
τες τὰ ἔθνη τοῖς ὀνόμασι πρὸς τὸ συνε
αὐτοῖς, καὶ κόσμον θέμενοι πολιτείας, ὡ
ἂν ἀφ' αὐτῶν γεγονότων. *Porrò gentiu
quædam adhuc derivatam à ſuis conditor
bus appellationem ſervant, quædam etia
mutaverunt; nonnullæ in familiarem a
colis & notiorem vocem ſunt verſæ: Gr
cis quidem talis nomenclaturæ auctoribu*

*ui poſteris temporibus vires atque poten-
iam nacti, priorum labore partam glo-
iam in ſe tranſtulerunt, ſpecioſa gentibus
omina imponentes, ex iis quæ ſibi nota
& vernacula; cultum præterea addentes
olitica rationis, ut ab iis orta vide-
entur.*

Sic quem Moſes & reliqui Hebræi
atriâ linguâ Noah vocant, ipſi vero
omine ſuppreſſo Deucalionem appel-
are maluerunt, Philone teſte in lib.
le Præmiis & Pœnis, ubi de illo Pa-
riarcha : Τοῦτον Ἕλληνες μὲν Δευκαλίω-
α, Χαλδαῖοι δὲ Νῶε ἐπονομάζουσιν, ἐφ'
τοῦ μέγαν κατακλυσμὸν συνέβη γενέσθαι.
.e. *Hunc Græci quidem Deucalionem vo-
ant, Chaldæi Noë: cujus tempore ma-
num diluvium fieri contigit.* Idem Ju-
tinus Philoſophus cognomento Mar-
yr teſtatur in Apolog. 1. Καὶ πρότερον
κατακλυσμὸς μηδένα λιπὼν, ἀλλ' ἢ τὸν
όνον σὺν τοῖς ἰδίοις, παρ' ἡμῖν καλούμε-
ον Νῶε, παρ' ὑμῖν δὲ Δευκαλίωνα: i. e.
*Ac primò diluvies, quæ neminem reliquit
ræter unum hominem cum familia, quem
os Noë, vos Deucalionem vocatis.* Quid

autem Græcis in mentem venerit, ut ex Noë Deucalionem facerent, Theophilus Antiochenus in tertio librorum ad Autolycum declarat his verbis: Νῶε καταγγέλλων τοῖς ἀνθρώποις, μέλλειν καταλυσμὸν ἔσεσθαι, προεφήτευσεν αὐτοῖς λέγων, δεῦτε καλεῖ ὑμᾶς ὁ Θεὸς εἰς μετάνοιαν. διὸ οἰκείως Δευκαλίων ἐκλήθη. i. e. *Noë annuntians hominibus diluvium non multò pòst futurum, vaticinabatur iis ho... modo: Adeſte huc, vocat vos Deus ad pœnitentiam. Ideo Deucalion peculiariter di... ctus eſt.* Ridiculum quidem commen... tum, ne dicam putidum: ceu Patriar... cha ille homines ad pœnitentiam, Græ... ca ad eos oratione uſus, adhortatu... eſſet. Non tamen prætereundum cen... ſui, quod inde etiam appareat, iden... quod nos, iſtum Theophilum, virun... eruditum ſenſiſſe de ingenio Græco... rum, & ambitione ad nova fabrican... da nomina, quæ vernaculis exterarum gentium ſubſtituerent.

Nec tamen id ita proprium Græco... rum, ut non aliæ nationes aliquand... idem juris uſurpaverint. Ita enim i... ſacr...

ſacro codice qui inſcribitur Geneſis, cap. 41. Ægypti Rex Pharao mutaſſe nomen Joſepho Jacobi Patriarchæ filio dicitur: *Dixit quoque Rex Ægypti ad Joſeph: Ego ſum Pharao, abſque tuo imperio non movebit quiſquam manum, aut pedem in omni terra Ægypti. Vertitque nomen ejus, & vocavit eum linguâ Ægyptiacâ Salvatorem mundi.* Ita ſcriptum eſt in vulgata verſione; ſed falsò, quod ad vocem Ægyptiam attinet: non enim eâ linguâ dictus eſt Joſephus, *Salvator* aut *Redemptor mundi*; ſed *vir cui revelata ſunt abſcondita*, ſive *expoſitor reconditorum*. Hoc enim ſignificant nomina quæ ſunt in Hebræo codice, *Saphenath-Paneah*. Sed & in volumine quod Danielis titulo inter ſacra circumfertur, tribus Adoleſcentibus gentis Hebrææ, è tota multitudine in Babyloniam à victore exercitu tranſlata, electis in miniſterium Regis, qui illi adſtarent, vernacula nomina Chaldæis mutantur, & Danieli quidem nomen Baltaſſar inditur, Ananiæ autem Sidrach, Azariæ Abdenago. Quæ nomi-

na iis haud temerè impoſita, ſed congruenter cujuſque ingenio, & virtutibus animi aut corporis, aut aliâ causâ, exiſtimandum eſt.

Ad hunc igitur modum & Amazonibus Græcos apta earum moribus, factis, aut fortunis nomina impoſuiſſe putandum eſt: v. g. Hippothoën dictam à curſu & celeritate equorum; Hippolyten à diſſolvendo hoſtium equitatu, & ſic de aliis. Quòd vera hæc ſit conjectatio, vel unum nomen Pentheſileæ evidentiſſimè probat. A luctu enim quem ipſa Amazon ex Hippolytes ſororis nece, abs ſe caſu peremptæ concepit, & genti ſuæ attulit, nomen iſtud illi impoſitum fuiſſe à Græcis, res ipſa expòſita palam faciet. Hanc autem Quintus Smyrnæus exponit his verſibus:

Ἤλυθε Πενθεσίλεια θεῶν ἐπιειμένη εἶδος,
Ἄμφω, καὶ στονόεντος ἐελδομένη πολέμοιο,
Καὶ μέγα αἰδομένη συγερὴν, ἢ ἀεικέα φήμην,
Μή τις ἑὸν κατὰ δῆμον ἐλεγχείῃσι χαλέψῃ
Ἀμφὶ κασιγνήτης, ἧς εἵνεκα πένθος ἄεξεν,
Ἱππολύτης, τὴν γάρ ῥα κατέκτανε δουρὶ κραταιῷ
Οὐ μὲν δὴ τόγ᾽ ἑκοῦσα, πτυσκομένη δ᾽ ἐλάφοιο.

Τοὔνεκ' ἄρα Τροίην ἐρικυδέος ἵκετο γαῖαν.
Πρὸς δ' ἔτι οἱ τόδε θυμὸς Ἀρήϊος ὡρμαίνεσκεν,
Ὄφρα καθηραμένη περὶ λύματα λυγρὰ φόνοιο,
Σμερδαλέας θυέεσσιν Ἐρινύας ἱλάσηται.
Αἵ οἱ ἀδελφειῆς κεχολωμέναι αὐτίκ' ἔποντο
Ἄφραστοι.

i.e. *Venit Pentheſilea dearum ſpeciem præ ſe ferens*
*duabus de cauſis: nã luctifici hanc belli cupido inceſ-*
*& odioſæ ac turpis famæ pudebat, verentem* [*ſerat,*
*ne qua in ſua gente probris ipſam differret*
*ob ſororem, cujus cauſa luctum excitavit,*
*Hippolyten: hanc enim valida haſta interemerat,*
*non volens quidem, ſed cervam jaculo petens.*
*Idcirco in Troja inclyta terram ſe contulit.*
*Sed & eò Martius illam animus impellebat,*
*ut nimirum à triſti cædis labe expurgata,*
*ſacris furias terribiles placaret,*
*quæ ſororis causâ ei ſuccẽſentes è veſtigio ſequebãtur*
*occultæ.*

Ex hoc Quinti loco, ut obiter dicam, apparet, cur Maroni in primo Æneidos Pentheſilea furens dicatur:

*Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis*
*Pentheſilea furens, mediiſque in millibus ardet.*

Quod epithetum neque Servius, neque alii enarratores dignati ſunt interpretatione; ceu nihil aliud eo, niſi animi concitatio & ardor pugnantis intelligi debeat. Verùm unde hæc tam ardens concitatio & vehementia Pen-

theſileæ præ aliis quæ ibidem pugnabant, ſi hoc ſolùm conſilio Trojam profecta, ut Priamo auxilium ferret, equidem non video. Nimirum hiſtoria modò expoſita calamitatis, in quam Pentheſilea incidit, ſorore caſu interfectâ, non latuit doctiſſimum Poëtam; hancque adeò piaculo contracto ob cædem, furiis, uti expreſsè Quintus dicit, agitatam fuiſſe, id quoque intellexit; donec in bellum profecta, certis ſe expiationibus luſtraret, & ſororis manibus hoſtium ſanguine, atque etiam proprio ſatisfaceret.

Hæc quidem, ut ſummatim dicam, mea ſententia eſt de hiſce Græcorum nomenclaturis; quos tamen nomina interdum ex arbitrio fabricaſſe, eâdem licentiâ quâ Poëtæ Nymphis, & aliis perſonis quas inducunt, haud prorſus inficias iverim.

*Neſæe, Spioque, Thaliaque, Cymodoceque, Cydippeque, &c.*

## CAPUT XLII.

### *Quæ ad chronologiam hiſtoriæ Amazonum pertinent.*

NON dubito, quin ſtudioſi aliquid hîc requirant de tempore quo Amazones primùm, fundato regno, atque opibus auctis innoteſcere cœperunt: verùm quàm hoc conveniens eſt propoſito ad operis conſummationem, quàm per ſe ſcitu jucundum; tam mihi arduum & difficile videtur ad explicandum, in tam alta vetuſtate & ſcriptorum penuria. Cùm enim quicquid de hujuſmodi rebus noſſe poſſumus, pene omne à Græcorum literis petendum ſit, neceſſe eſt, in quibus nos eorum monumenta deficiunt, in his aquam nobis, quod dicitur, hærere, prorſuſque in magna nos rerum ignoratione verſari. Cæterùm nullum Græcorum ante Olympiadas ſcriptum exſtare, quod hiſto-

riæ nomen mereatur, S. Juſtinus in cohortatione ad Græcos teſtatur: Αλλως τε οὐδὲ τοῦτο ἀγνοεῖν ὑμᾶς προσήκει, ὅτι οὐδὲν Ελλησι πρὸ τῶν Ολυμπιάδων ἀκριβὲς ἱστόρηται, οὐδέ ἐστί τι σύγγραμμα παλαιὸν, Ελλήνων ἢ βαρβάρων σημαῖνον πρᾶξιν. i.e. *Atqui ne hoc quidem vos ignorare decet, nihil quicquam ante Olympiades à Græcis accuratè eſſe ſcriptum: neque exſtare ſcripturam ullam veterem, in quam res aliqua Græcorum vel Barbarorum ſit relata.* Cui dicto conſonum quod de temporis univerſi partitione in tria intervalla tradit Cenſorinus de Die Natali, ex Varronis ſententia: nempe ex his primum ſtatuebat illud, quod ab exordio rerum uſque ad priorem Cataclyſmum fluxit, & hoc ab ignoratione eorum quæ in illo temporis intervallo accidiſſent, ἄδηλον, hoc eſt, obſcurum, illi placuit vocari; huic proximum à Cataclyſmo ad Olympiadem primam: quod idem Varro Mythicon nominavit, à fabulis quibus res illius temporis infuſcarentur: tertium autem, hiſtoricon

dictum eſt, quia res in eo geſtæ veris hiſtoriis continentur.

His quoque conſentanea ſunt, quæ habet Plutarchus in præfatione hiſtoriæ παραλλήλου virorum illuſtrium: extat autem hæc præfatio in exordio vitæ Theſei, à quo ut antiquiſſimo omnium quorum geſta referuntur, opus illud auſpicatus eſt. Ὥσπερ ἐν ταῖς γεωγραφίαις, ὦ Σόσιε Σενεκίων, οἱ ἱστορικοὶ τὰ διαφεύγοντα τὴν γνῶσιν αὐτῶν, τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι τῶν πινάκων πιεζοῦντες, ἐνίοις παραγράφουσιν· ὅτι τὰ δ' ἐπέκεινα, θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις, ἢ πηλὸς ἀϊδὴς, ἢ Σκυθικὸν ὄρος, ἢ πέλαγος πεπηγός. οὕτως ἐμοὶ περὶ τὴν τῶν βίων τῶν παραλλήλων συγγραφὴν, τὸν ἐφικτὸν εἰκότι λόγῳ, καὶ βάσιμον ἱστορίᾳ πραγμάτων ἐχομένῃ χρόνον διελθόντι, περὶ τῶν ἀνωτέρω, καλῶς εἶχεν εἰπεῖν, τὰ δ' ἐπέκεινα τερατώδη καὶ τραγικὰ, ποιηταὶ καὶ μυθογράφοι νέμονται, καὶ οὐκ ἔτ' ἔχει πίστιν, οὐδὲ σαφήνειαν. i. e. *Quemadmodum in terrarum picturis, Soſſie Senecio, auctores incognita ſibi loca in oras extremas tabularum rejicientes, interim ad marginem hujuſmodi quædam*

*adſcribunt : ultrà nihil præter deſerta & arenarum cumulos aquis carentes, venenatis autem beſtiis obſeſſos, aut limum deformem, aut montem Scythicum, aut pelagus gelu concretum; ita mihi in hoc ſcripto virorum illuſtrium vitas comparanti, ac temporis eam partem obeunti, quæ neque rationi veriſimilia quærenti, inacceſſa, neque hiſtoriæ facta perſequenti, invia, de iis quæ illud tempus præcedunt, non abſurdum videatur præfari: ſi quæ his ævo ſuperiora ſunt, hæc portentoſa & tragica, ac poëtis & fabularum auctoribus pridem occupata, ut fidem, ſic dilucidæ explicationis modum excedunt.* Ita ex his Plutarchi verbis nihil in Græcorum hiſtoriis ſupra Theſeum ſatis liquidum aut certum.

Quod autem Theſeus ætate Olympiades præceſſerit, quid attinet probare, cùm hunc Herculi, qui primus in Pelopis honorem Olympicos ludos, à quibus Olympiades dictæ, inſtituit, æqualem & conſanguinitate propinquum fuiſſe conſtet? Igitur & Amazones iiſdem Olympiadibus ſuperio-

res, utpote quæ non modò Theſeo & Hercule, ſed & Dionyſo ſive Libero patre antiquiores fuiſſe reperiantur. Cui conſequens, ut etiam earum hiſtoria ad illud tempus, quod fabuloſum dicitur, attingat; de quo nihil ſatis diſtinctè & ad hiſtoriæ fidem accommodatum, ſcriptorum quiſquam referre potuit. Nec tamen ſi fabuloſa quædam Herculis aut Theſei, aut aliorum priſci ævi illuſtrium virorum, aut Amazonum rebus interpoſita inveniuntur, continuò iis fides omnis deneganda eſt: quod Strabo lib. 1. facere non dubitat; ubi Herculis labores, & Theſei geſta fabulis annumerat. Adhibendum modò judicium, quo vera à falſis, veriſimilia ab improbabilibus, & ab omni veritatis ſimilitudine penitus alienis diſcernantur.

Alioqui non potuiſſet Plutarchus, ſcriptor gravis, Theſeo inter alios Reges atque Imperatores, quorum vitas hiſtorica fide exequitur, locum dare, aut hunc conditori Romanæ urbis Romulo, quem nemo niſi fatuus ex-

ſtitiſſe neget, componere. Quæ autem hiſtoria tam ſincera eſt, ut nihil vanitatis ſuſpectum veris admiſtum habeat? Nihil mirum igitur, ſi quædam ejuſmodi & in Amazonum rebus reperiantur. Sed de Amazonum hiſtoria ſatis ſuprà adverſus impugnantes priori diſſertationis parte dictum eſt. Nunc de earumdem antiquitate ut dicamus, ſupereſt.

Quæ igitur major in Græcorum univerſa memoria & literis antiquitas dici poteſt; quàm ſi quid Cadmi Phœnicis literarum apud Græcos inventoris, atque etiam Dionyſi, qui in Deos ob merita relatus, ævo ſuperius fuiſſe probetur? Atqui utroque priores fuiſſe Amazones, ex iis quæ Diodorus de tribus Dionyſis (totidem enim agnoſcit) tradit lib. 3. capite ultimo, colligi poteſt: poſtremi enim, quem Jove & Semele genitum dicit, facta exponens; ita ſcribit. Τελευταῖον δὲ τὸν ἐκ Διὸς καὶ Σεμέλης τεκνωθέντα, παρὰ τοῖς Ελλησιν ζηλωτὴν γενέσθαι τῶν προτέρων. τὰς δ᾽ ἀμφοτέρων προαιρέσεις

μιμησάμϑρον, στρατεῦσαι μϑὺ ὄπὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, στήλας δ᾽ ἐκ ὀλίγας ἀπολιπεῖν τ ὅρων τ στρατείας, ἢ τ μὲν χώραν ἐξημερῶσαι ταῖς φυτείαις, στρατιώτιδας ᾗ ποιδέξαϑζ γυναῖκας, καθάπερ ὁ παλαιὸς τὰς Αμαζόνας. i. e. *Poſtremum Jupiter ex Semele apud Grecos genuit, priorum virtutis imitatorem. Nam & per omnem orbem exercitum circumduxit, columnaſque non paucas reliquit ſuarum expeditionum teſtes & metas. Multa inſuper loca cultiora plantationibus arborum reddidit; mulieres inſuper militares in bellum, velut primus Amazonas, duxit.* Huic & Polyænus laudato ſuprà loco ſuffragatur, quem reponere nihil vetat: Διόνυσος, Ινδοὺς ἑλὼν, αὐτούς τε Ινδοὺς ἢ Αμαζόνας ἄγων συμμάχους εἰς τ Βακτρίαν ἐνέβαλεν. i. e. *Dionyſus ſubactis Indis, ipſos Indos & Amazones in agmine auxilii causâ ducens, impreſſionem in Bactrianorum terram fecit.* Idem denique ex Nonni lib. 19. Διονυσιακῶν colligas; ubi Iris Junonis juſſu, ſic Lycurgum Martis filium in Bacchum his vocibus inſtigat :

Τέκνον ἀνικήτου σπόρος Ἄρεος, ἦ ῥα καὶ αὐτὸς
Βασσαρίδων τρομέεις ἁπαλόχροα θῆλυν ἀπειλήν;
Οὐκ ἀπὸ Θερμώδοντος Ἀμαζόνες εἰσὶ καὶ αὐταί,
Οὐκ ἀπὸ Καυκασίοιο μαχήμονές εἰσι γυναῖκες.

Et paulò pòſt:

Αἰδέομαι καλέων σε ποτὶ κλόνον, ὅττι γυναῖκες
Δῆριν ἀπειλείουσιν ἀδηρήτῳ Λυκοέργῳ.

*Fili invicti ſemen Martis, an ſanè & ipſe*
*Baſſaridū trepidas mollem & femineã cõminationem?*
*Non à Thermodonte Amazones ſunt & ipſa?*
*Non à Caucaſo bellicoſa ſunt mulieres?*

Quas ſcilicet Bacchus habebat in exercitu. Et mox:

*Pudet me dum te ad pugnam hortor, quòd mulieres bellum interminentur imbelli Lycurgo.*

Hæc autem Iris Martis perſonam & vultum præferens dicit.

Ipſe etiam Græcorum ex monumentis Euſebius plures agnoſcit Dionyſos factis illuſtres, unumque ex his antiquiorem, quemadmodum Diodorus, ut numeri ejus indicant. Nam numero D. quendam memorat Dionyſum vitis inventorem, alium à Semeles filio. Et numero DXX. *virum ejuſdem nominis, Deucalionis filium; qui cùm in Atticam perveniſſet, hoſpitio receptus à*

*Semacho, filiæ ejus, capræ pellem largitus eſt.* Hoc eſt, τοῦ νεβρείδος traditione docuit μυστήρια καὶ τελετὰς, ut doctè explicat Scaliger ad hunc locum. Quæ an ad eundem Dionyſum pertineant, non eſt promptum dicere. Cæterùm idem numero DLXXXVII. raptam Europam, Cadmum Thebis regnaſſe notat, ex cujus filia natus eſt Dionyſus. Et numero DCLXXXVI. à Dionyſo, qui & Liber Pater, bellum adverſus Indos gerente, conditam juxta Indum fluvium Nyſam urbem refert. Hic igitur alius ab illis, nempe Cadmi Thebarum Regis ex Semele filius. Nec difficile quo Dionyſi illi Mundi anno floruerint, ex hiſce numeris colligere: cùm enim hos Euſebius à nativitate Abrahæ computet; ſi his numerus Mundi ab Adamo uſque ad Abraham addatur, numeri Mundi habebuntur, quibus memorati Dionyſi floruerunt. Tum Cadmi res in annum Mundi MMDXXX. incidunt: ex quo etiam intelligi poteſt, quo Mundi anno ille Dionyſus vixerit. Cùm ergo

auctore Diodoro, ſuperior Dionyſus Amazonas in exercitu haberet, hinc utique æſtimari poteſt, quanta ſit Amazonum vetuſtas: tametſi in quem Mundi annum earum primordia conferri debeant, non poſſit præcisè definiri: nam vetuſtioris Dionyſi ævo fuiſſe Amazonas ſcimus quidem ex Diodoro; non tamen cognoſcimus quo temporis ſpatio Dionyſi ætatem præceſſerint. Illud quidem conſentaneum eſt, jam tum celebres fuiſſe, quarum auxilia Dionyſus tantus Imperator expeteret. Quamobrem Goropius tantam Amazonum vetuſtatem conſiderans, earum monumenta illa, quæ variis Aſiæ atque Europæ locis extarent, tam antiqua exiſtimat, ut omnium Græcorum memoriam, & computationem temporum excedant. Sed porrò ad aliarum ætates expeditionum pergamus.

Ab his Dionyſiacis, quibus interfuiſſe Amazones legimus, haud ſcio an alia antiquior exiſtat illâ earumdem mulierum in Phrygiam, de qua Homerus Iliad. Γ. quo loco Priamum ſic

loquentem inducit:

Ηδη καὶ Φρυγίην εἰσήλυθον ἀμπελόεσσαν,
Ενθα ἴδον πλείστους Φρύγας, ἀνέρας αἰολοπώλους
Λαοὺς Οτρῆος καὶ Μυγδόνος ἀντιθέοιο,
Οἵ ῥα τότ᾽ ἐστρατόωντο παρ᾽ ὄχθας Σαγγαρίοιο.
Καὶ γὰρ ἐγὼν ἐπίκουρος ἐὼν, μετὰ τοῖσιν ἐλέχθην
Ηματι τῷ, ὅτε ἦλθον Αμαζόνες ἀντιάνειραι.

*Iam & & in Phrygiam veni vitiferam,*
*ubi plurimos vidi Phrygas equos agitandi peritos*
*Otrei populos, & Mygdonis Superis paris,*
*qui tunc caſtra habebant apud ripas Sangarii;*
*Etenim ego his cùm ſuppetias veniſſem, inter eos electus fui,*
*die illo, quando venerunt Amazones viragines.*

Quibus verſibus patet, non ſuſceptam Amazonibus fuiſſe hanc expeditionem contra Priamum, ut vult Scaliger; ſed contra Otrea & Mygdonem, quibus ſuppetias tunc Priamus tulit. Sed hoc levis momenti.

Huic ordine temporum proximam arbitror eam, maximè celebrem Græcorum monumentis, quâ eædem acceptam à Theſeo injuriam uſque in Atticam atque ipſas Athenas perſecutæ ſunt. De qua ſuprà abunde ex Plutarcho & aliis auctoribus dictum eſt. Communis autem opinio eſt, Theſeum re-

gnaſſe Athenis an. M. MMDCCXXXIV.
ex quo & illius Amazonum irruptionis
tempus planè colligitur. Inde earum
expeditio in Phrygiam Trojani belli
tempore Pentheſilea duce, pro Rege
Priamo contra Græcos; quam copiosè
exequitur Quintus Smyrnæus in Paralipomenis Homeri; meminit & Maro in primo Æneidos. Ceterùm Trojæ excidium contigiſſe anno Mundi
MMDCCLXVII. vel MMDCCLXXXII.
vel MMDCCCLII. Chronologorum
certiſſimi ſtatuunt.

Huic ſubjunge, quam Euſebius Cimmeriorum ſimul & Amazonum irruptionem in Aſiam tradit numero
DCCCCXXXIX. de qua hæc Strabonis lib. I. verba accipit Scaliger: Οἵτε Κιμμέριοι, οὕστε καὶ Τρήρωνας ὀνομάζουσιν, ἢ ἐκείνων τι ἔθνος, πολλάκις ἐπέδραμον τὰ δεξιὰ μέρη τοῦ Πόντου, καὶ τὰ συνεχῆ αὐτοῖς, ποτὲ μὲν ἐπὶ Παφλαγόνας, ποτὲ δὲ καὶ Φρύγας ἐμβαλόντες, ἡνίκα Μίδαν αἷμα ταύρου πιόντα φασὶν ἐς τὸ χρεὼν ἀπελθεῖν. i. e. *Cimmerii quoque, quos & Treronas nominant, vel aliquam*

*eorum gentem, ſæpenumero loca Ponti, quæ ad dextram ſunt partem, & iis adjacentia incurſarunt; modò quidem Paphlagonas, modò Phrygas invadentes: quo tempore Midam aiunt tauri ſanguine epoto, fato functum.* Eòdem etiam trahit Pauli Oroſii verba lib. 1. cap. 21. *Anno ante Urbem conditam* XXX. *Peloponnenſium Athenienſiumque maximum bellum, totis viribus animiſque commiſſum eſt; in quo mutuis cædibus ad hoc coacti ſunt, ut velut victi ſe ab alterutro ſubtraherent. Tunc etiam Amazonum gentis & Cimmeriorum in Aſiam repentinus incurſus plurimam diu latè vaſtationem ſtragemque edidit.* Scaliger ad dictum numerum Euſebii: *Ut Euſebius, ita ille (Oroſius) hoc geſtum continuat cum bello Codri. Itaque ſentit eodem pene tempore & incurſum Cimmeriorum, & bellum Peloponneſiacum contigiſſe. Quare ſine dubio Oroſius ſcripſit* CCCXXX. *ante Urbem conditam.* Ita ibi Scaliger. Quod ſi verum eſt, neceſſe eſt hanc Cimmeriorum & Amazonum eruptionem in Aſiam, de qua Euſebius, contigiſſe anno Mundi

MMMDXLI. in quem annum quidam bellum Peloponneſiacum conferunt; vel anno M. MMMMDCCLXIX. Darii cognomento Nothi anno XXXIII ut alii volunt. Ubi quidem non mediocris emergit difficultas, quomodo eruptio illa Amazonum & Cimmeriorum in annum incipientis belli Peloponneſiaci conjici poſſit; quæ tunc facta ſit, cùm Midas tauri ſanguine epoto oppetiit: ſi quidem conſtat, ipſomet teſte Scaligero ad numerum Euſebii MCCCXX. vetuſtiorem eſſe Midam annis pluſquam CC. prima Olympiade, utpote Homero æqualem; uti Epigramma inſcriptum Midæ ſepulcro indicat:

Χαλκῆ παρθένος εἰμὶ, Μίδου δ' ἐπὶ σήματι κεῖμαι

Quod ipſe Homerus affinium Midæ rogatu compoſuiſſe dicitur. In promptu eſt demonſtratio ex poſitis numeris: initium primæ Olympiadis, anno M. MMMCCIII. initium belli Peloponneſiaci anno M. MMMDXLI. ergo belli Peloponneſiaci initium initio Olympiadum poſterius annis CCCXXXVIII.

quibus ſi anni cc. addantur, quibus Midæ interitus præceſſit initium primæ Olympiadis, patebit Peloponneſiaci belli initium pluſquam DVIII. annis poſterius eſſe Midæ interitu. Non igitur hæc geſta temporibus convenire poſſunt; manifeſtuſque eſt ἀναχρονισμὸς, de quo miror nihil Scalige-rum notaſſe, qui in his tam cernit acutum, quàm Aquila, aut Serpens Epidaurius. Nec minor in dictis Euſtathii difficultas, cùm in Comm. ad lib. Λ. Odyſſ. de Cimmeriis loquens, hos in Aſiam erupiſſe, ac Sardis expugnaſſe tradit, paulò ante Homeri ætatem, vel ipſo vivente. Nam Herodotus lib. I. captas à Cimmeriis Sardis ſcribit, Ardye Gygis filio regnante in Lydia. Igitur poſt annum M. MMMCCXXXIX. vel MMMCCLVI. in quem Gygæ regnum diligentiores Chronologi conferunt. Cui conſequens, ut illa Sardium expugnatio à Cimmeriis, pluſquam CC. annis infra Homeri ætatem, qui anno M. MMMIV. floruit, acciderit. Idque etiam Goropius in Amazo-

nicis, his verbis fatetur: *Verùm hæ*
*omnia* (inquit) *quæ vel Sardes, vel Ma-*
*gneſia eſt perpeſſa, multò ſunt inferiora iis*
*ob quæ apud Ionas tempore Homeri ſum-*
*mo odio fuerunt.* Verba Euſtathii me-
morato loco hæc ſunt: Ἡ δ' ἱστορία, ἔθνο
αὐτοὺς (Κιμμερίους) λέγει Σκυθικὸν, Νο-
μαδικὸν, Ἀρκτικόν. οὗπερ ἀπόμοιρα λέγε-
ταί ποτε μικρόν τι πρὸ Ὁμήρου, ἢ καὶ ἐπ'
αὐτοῦ, ἐκ τοῦ Κιμμερίου Βοσπόρου ὁρμηθεῖ-
σα, Τρῆρες δέ φασιν ἐκαλοῦντο, πολλὴ
τῆς Ἀσίας καταδραμεῖν, καὶ τὰς Σάρδει
ἑλεῖν, καὶ τῶν Μαγνήτων δὲ πολλοὺς ἀνελεῖ
τῶν κατὰ τὸν Μαίανδρον. ἐμβαλεῖν δὲ καὶ ἐπὶ
Παφλαγόνας καὶ Φρύγας· ὅτε καὶ Μίδας λέ-
γεται αἷμα ταύρου πιὼν, ὡς Θεμιστοκλῆ
ὕστερον εἰς τὸ χρεὼν ἀπελθεῖν. i. e. *Hiſto-*
*ria autem hos (Cimmerios) Scythicam eſſe*
*gentem, Nomadicam, & Arcticam dicit:*
*cujus quædam portio fertur ante Homerum*
*vel etiam ejus tempore, à Cimmerio Bo-*
*ſphoro profecta (Treres hi vocabantur) mul-*
*tas Aſiæ regiones inundaſſe, Sardes ce-*
*piſſe, atque etiam Magnetum eorum qui*
*Mæandrum accolunt, multos ſuſtuliſſe. Tum*
*porrò in Paphlagonas & Phrygas impetum*

*ecifſe; quo tempore Midas taurino cruore poto fatalem diem obiiſſe traditur.*

Tametſi verò neque hic neque Strao iis locis ullam Amazonum mentioem faciunt, ſed Cimmeriorum dunaxat, non tamen has bellatrices Cimneriis Aſiam vaſtantibus comites atue auxiliatrices iſſe inficiantur. Et iis uiſſe adjunctas credendum Euſebio eſt, ui expreſsè in numero ſuprà notato radit. Rectè autem Goropius, multò nte Homerum devaſtatam Cimmeiorum atque Amazonum armis Ioiam colligit, ex iis quæ ibi Euſtathius Homeri Necyomantiam explicans noat. Ἄλλοι δὲ φασι καὶ ὅτι ἱερὰ θεῶν καdραμόντες (Κιμμέριοι) ἐσύλησαν ἐν Αία. ὅθεν οἱ ἀοιδοὶ μὴ ἔχοντες ἄλλως αὐοὺς βλάψαι, μυθοπλάστῳ ἐκτοπισμῷ τῆς ἔθνους κακίαν ἠμύναντο, κατά τι, φασὶ, οινὸν ἔχθος Ἰώνων πρὸς αὐτούς. Ἰὼν δὲ καὶ ποιητὴς, ὁ τῶν τοιούτων ἀοιδῶν κορυφαῖος. .e. *Alii verò dicunt, eorum etiam incurbus expilata deorum templa in Aſia. Unle poëtæ, cùm aliter eos lædere non poſent, tranſlatis fabulosè eorum ſedibus ad*

*confinia Plutonis loca: gentis illius impor-*
*tunitatem ulti ſunt, communi cum ali[...]*
*Ionibus eos odio proſecuti. Fuit autem Ho-*
*merus natione Ion, & vatum coryphæus*
Sic autem ex hoc loco Goropius: *S[...]*
*verum eſt* (inquit) *quod Euſtathius a[...]*
*Necyomantiam prodidit, Cimmerios à poë-*
*tis, & principe eorum Homero, perpetui[...]*
*tenebris condemnatos eſſe, propter hoſtili-*
*tatem & graviſſimas clades, quas Ionibu[...]*
*intulerunt; neceſſe eſt fateri, ante Home-*
*ri ætatem, Ioniam eos depopulatos fuiſſe.*

Atque ex his omnibus colligo, no[...]
poſſe planè definiri, quo primùm tem-
pore Amazones formam aliquam rei-
publicæ habere, atque armis incla-
reſcere cœperunt. Quantumcumqu[...]
enim ad rerum originem aſcendas, a[...]
præteritorum temporum memorian[...]
replices, ſemper tibi quædam facta A-
mazonum & monumenta occurrun[...]
ſine fine; donec ad Mythicon illud[...]
ut Varro appellat, temporis totius ſpa-
tium, vel etiam ad ſupremam ævi ca-
liginem Græcorum hiſtoriis & curio-
ſitati intentatam perveniatur. Quam

obrem hæc de ejus gentis vetuſtate attigiſſe ſufficiat.

## CAPUT XLIII.

*De ſupremis Amazonum temporibus.*

QUEMADMODUM difficile eſt, aliquod in antiquitate ſignum accipere, à quo incœperit potentia Amazonum: ſic vix eſt in poſteriori tempore metam ac finem invenire, in quo gens illa omnino interiiſſe dicatur. Quàm ſit autem hoc arduum, ſcriptorum diſſidia oſtendunt, in definienda Amazonum imperii duratione, ac meta ejus aſſignanda. Etenim Diodorus lib. 3. Antiquitatum cap. 11. eo bello quod Hercules contra Amazonas habuit ad oſtia Thermodontis, cùm eò baltei Hippolytes, Reginæ Amazonum auferendi causâ, juſſu Euryſthei profectus fuiſſet, regnum earum, immo gentem penitus labefactatam atque

diſſipatam tradit libro 2. his verbis: Ἡρακλέα φασὶ, τὸν ἐξ Ἀλκμήνης καὶ Διὸς, ἆθλον λαβεῖν παρ' Εὐρυσθέως τὸν Ἱππολύτης τῆς Ἀμαζόνος ζωστῆρα. διόπερ στρατεῦσαι μὲν αὐτὸν, παρατάξει δὲ μεγάλῃ νικήσαντα, τότε στρατόπεδον τῶν Ἀμαζόνων κατακόψαι, καὶ τὴν Ἱππολύτην μετὰ τοῦ ζωστῆρος ζωγρήσαντα, τὸ ἔθνος τοῦτο τελείως συντρίψαι. i.e. *Herculi Alcmenes ac Iovis filio ab Euryſtheo mandatum fuiſſe tradunt, ut Hippolytæ Amazonis balteum ad ſe ferret. Qua ex re illato Amazonibus bello, acieque profligato earum exercitu, victam Hippolytam cepit: quo prælio Amazonum gens deleta eſt.* Idem & ſequenti libro confirmat: Ἡρακλῆς δὲ τὰς ἐπιφανεστάτας τῶν Ἀμαζονίδων ἀνελὼν, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος φυγεῖν συναναγκάσας, κατέκοψε τὰς πλείστας. ὥστε παντελῶς τὸ ἔθνος αὐτῶν συντριβῆναι. i.e. *Hercules verò clariſſimis earum interfectis, reliquam multitudinem in fugam verſam inſecutus, multas earum ita concidit, ut gentem earum penitus contriverit.*

Ita quidem iis locis Diodorus: ſed huic quo minus ſtatim aſſentiamur, prohibent

prohibent, quæ poſt id tempus facta Amazonum præclara traduntur. Ipſe Diodorus propriis dictis videtur confutari poſſe, cùm priore loco poſt verba allata, Pentheſileam Amazonum non multò poſt memoratam Herculis expeditionem auxilium Priamo tuliſſe contra Græcos refert. Μετὰ τὴν Ηρακλέους στρατείαν, ὀλίγοις ὕστερον ἔτεσι κατὰ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον, φασὶ Πενθεσίλειαν τὴν βασιλεύουσαν τῶν ὑπολελειμμένων Αμαζόνων, Αρεος μὲν οὖσαν θυγατέρα, φόνον δὲ ἐμφύλιον ἐπιτελεσαμένην, φυγεῖν ἐκ τῆς πατρίδος διὰ τὸ μύσος· συμμαχήσασαν τοῖς Τρωσὶ μετὰ τὴν Εκτορος τελευτὴν, πολλοὺς ἀνελεῖν τῶν Ελλήνων. Αριστεύουσαν δ' αὐτὴν ἐν τῇ παρατάξει, καταστρέψαι τὸν βίον ἡρωϊκῶς, ὑπὸ Αχιλλέως ἀναιρεθεῖσαν. i. e. *Paulò poſt hanc Herculis expeditionem, Trojani belli tempore, Pentheſileam Reginam, Martis filiam, tradunt, cæde domeſtica perpetrata, patria profugam, cum Amazonum reliquiis Trojanis auxilio affuiſſe, ac poſt Hectoris obitum, multis præclaris facinoribus editis, heroïcum in modum vitam terminaſſe, ab Achille in præ-*

*lio interfectam.* Idem & Quintus Smyrnæus in Paralipomenis, & alii.

Sed & earumdem Amazonum expeditio, Græcorum monumentis tantopere celebrata, in Atticam ob raptum Antiopes, quæ memoratam Herculis victoriam inſecuta eſt, non fuiſſe earum opes adeò attritas exhauſtaſque, nedum gentem extinctam teſtatur. Quomodo enim viribus infractis, aut mediocri exercitu tot nationes perrumpere potuiſſent, atque ita prævalere, ut captis Athenis, in ipſo Areopago caſtra metarentur, eum locum munirent, atque immolatis victimis auctori generis Marti conſecrarent, de qua re ſuprà ubi de Amazoneo?

Eòdem ſpectat à multis prodita & credita Thaleſtridis Amazonum Reginæ profectio ad Alexandrum Magnum cùm in Hyrcania verſaretur. Huic certè non mediocre ad fidem impetrandam, momentum afferre videntur celeberrimi auctores, Trogus Pompeius, & ab eo Juſtinus; Quintus Curtius, ipſe (quod miremur) Diodorus Biblio-

thecæ libro 17. Etſi nota omnibus hiſtoria eſt, non tamen, opinor, ingratum erit lectoribus, ſi, cùm ſuprà de hac Thaleſtridis expeditione ad Alexandrum vix in tranſcurſu attigerim, Juſtini locum qui ad hanc rem pertinet, adſcripſero. Ita igitur hic lib. 12. *Ibi (in Hyrcania) ei occurrit Thaleſtris ſive Minithæa, Amazonum Regina, cum* CCC. *mulieribus, viginti quinque dierum inter confertiſſimas gentes itinere confecto, ex Rege liberos quæſitura; cujus conſpectus adventuſque admirationi omnibus fuit, & propter inſolitum feminis habitum, & propter expetitum concubitum. Ob hoc tredecim diebus otio à Rege datis, ut viſa eſt uterum impleſſe, diſceſſit.* Ex hac hiſtoria idem Juſtinus lib. 1. duraſſe Amazonum gentem & regnum uſque ad tempora Alexandri Magni hiſce verbis tradit: *Interfectâ demum Pentheſileâ, exercituque ejus abſumpto, paucæ quæ in regno remanſerant, ægrè ſe adverſus finitimos defendentes, uſque ad tempora Alexandri Magni duraverunt. Harum Minithya, ſive Thaleſtris Regina, concubitu*

*Alexandri per dies* XIII. *ad ſobolem ex eo generandam obtento, reverſa in regnum, brevi tempore cum omni Amazonum nomine intercidit.*

His & locus Appiani de Amazonibus libro de bello Mithridatico, adjungi poteſt: Πολλαὶ δ' ἔν τε τοῖς ὁμήροις καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις εὑρέθησαν γυναῖκες, οὐ μείονα τῶν ἀνδρῶν τραύματα ἔχουσαι· καὶ ἐδόκουν Ἀμαζόνες εἶναι· εἴτε τι ἔθνος ἐστὶν αὐτοῖς γειτονεῦον αἱ Ἀμαζόνες, ἐπίκλητοι τότε ἐς συμμαχίαν γενόμεναι, εἴτε τινὰς πολεμικὰς ὅλως γυναῖκας οἱ τῇδε βάρβαροι καλοῦσιν Ἀμαζόνας. i.e. *Complures verò inter obſides & captivos inventæ ſunt mulieres, non minora viris vulnera habentes: atque Amazones eſſe videbantur; ſive gens quæpiam Amazones dicta, iis vicina eſt, in belli ſocietatem tunc evocatæ; ſive quaſdam generaliter mulieres bellicoſas barbari eo nomine appellant.* Ibi autem de prælio tradit, quo Pompeius Magnus conflixit, contra Orœſem Albanorum, & Artocum Hiberorum Reges; cujus & Plutarchus in Pompeio mentionem facit;

& nos pariter ſuprà ex Plutarcho. Tametſi igitur Appianus dubitat, genere-ne Amazones eſſent eæ feminæ, an ſola virtute & nomine: ſatis tamen hoc argumenti eſt ad ſuſtinendum aſſenſum, ne quis adeo affirmatè & confidenter præcidat, deſiiſſe gentem Amazonum hoc vel illo tempore.

Quin nihil de his, ne hoc quidem tempore temere eſſe affirmandum aut negandum, Recentiorum, qui vicina Tanai loca, & Colchidem, nunc Mengreliam, aliaſque Polo Arctico propiores plagas peregrinationibus obierunt, commentarii admonent, quibus produnt oculati teſtes, cùm in iis locis quæ Pontum Euxinum & Mare Caſpium interjacent (qua in regione priſci Amazonas locant) verſarentur, ſcriptum fuiſſe ad Mengreliæ Principem, populos è Caucaſi montibus erupiſſe in Moſcoviam, quibus vi repulſis, inter eorum mortuos, mulierum cadavera complura inventa fuiſſe: earum arma Dadiano Principi allata, pereleganter ac muliebri ſtudio expolita;

quorum accuratam deſcriptionem videre eſt in Mengreliæ Relationibus à clariſſimo & erudítiſſimo viro Thevenoto editis. His Amazonibus frequens bellum eſſe adverſus eos Tartaros, qui Calamuchki dicuntur; Principem Dadian conſtituiſſe præmia iis qui ſibi earum mulierum aliquam incolumem adducerent, ibidem traditur. Quæ cùm attentiùs contemplor atque perpendo, tantùm abeſt, ut tam citò poſt Herculis victoriam ad Thermodontem, ut vult Diodorus, aut poſt Thaleſtridis ad Alexandrum profectionem, ut Juſtinus tradit, defeciſſe Amazonum gentem concedam, ut perquam probabile judicem, adhuc inter aſpera Caucaſi juga, & invias ſolitudines, Amazonum gentis reliquias deliteſcere.

Quid autem obſtet, quo minùs probabile id omnibus judicetur, equidem non video, niſi fortaſſe Arriani auctoritas; qui libro 7. Expeditionum Alexandri, de centum illis mulieribus ad Alexandrum dono miſſis ab Atropate Mediæ Satrapa, quas iſte Amazones

eſſe dicebat, referens, non temere id eſſe credendum monet, quòd harum Amazonum neque Ariſtobulus, neque Ptolemæus, aut quiſquam alius auctor fide dignus mentionem fecerit. Tum quare id credendum ipſe non putet, ſubjungit hiſce verbis: Οὐδὲ δοκεῖ μοι ἐν τῷ τότε σώζεσθαι τὸ γένος τῶν Αμαζόνων, οὐδ᾽ ἔτι πρὸ Αλεξάνδρου. ἢ Ξενοφῶν ἀνεμνήσθη αὐτῶν, Φασιανῶν τε μνησθεὶς καὶ Κόλχων, καὶ ὅσα ἄλλα ἀπὸ Τραπεζοῦντος ὁρμώμενοι, ἢ πρὶν ἢ Τραπεζοῦντα κατελθεῖν οἱ Ελληνες ἐπῆλθον ἔθνη βαρβαρικά· ἵναπερ καὶ ταῖς Αμαζόσιν ἐντετυχήκεσαν, εἴπερ οὖν ἔτι ἦσαν Αμαζόνες. i. e. *Neque verò videtur mihi iis temporibus, immo ante Alexandrum, adhuc fuiſſe ſuperſtes Amazonum genus: alioqui earum mentionem facere non omiſiſſet Xenophon, qui Phaſianorum & Colchorum meminit, cæterarumque barbararum gentium, quas Græci Trapezunte profecti, aut etiam priuſquam Trapezunta venirent, percurrerunt. Quibus in locis etiam in Amazones incidiſſent, ſi qua adhuc iis temporibus earum ſoboles extitiſſet.* Si Xenophonte

res in Aſia gerente, nullæ ampliùs ſuperarant Amazones, quî fieri poteſt, ut ullæ adhuc ætate Alexandri extiterint, qui ſexaginta annis Xenophonte inferior fuit?

Hoc igitur eſt argumentum Arriani eo loco, mirorque, hunc de Thaleſtridis cum Alexandro congreſſu, non minùs famâ vulgato, non quicquam attigiſſe. At verò Strabo, qui quæ de Amazonum regno & bellicis factis prodita ſunt, fabuloſa cenſet, hanc quoque memoratam Thaleſtriæ (ita enim vocat) ad Alexandrum prolis ſuſcipiendæ causâ profectionem, in argumentum fabuloſitatis eorum omnium, quæ de iis narrantur, adducit, lib. 11. his verbis: Κλείταρχός φησι τὴν Θαληστρίαν ἀπὸ Κασπίων πυλῶν καὶ Θερμώδοντος ὁρμηθεῖσαν ἐλθεῖν πρὸς Ἀλέξανδρον· εἰσὶ δ᾽ ἀπὸ Κασπίων εἰς Θερμώδοντα στάδιοι πλείους ἑξακισχιλίων. i. e. *Clitarchus Thaleſtriam ſcribit à Caſpiis portis & Thermodonte profectam, ad Alexandrum veniſſe: cùm Caſpiæ portæ ſupra ſex millia ſtadiorum diſtent à Thermodonte.* Sed hæc

ejuſmodi non ſunt, ut iis quæ de miſſis ab Atropate Amazonibus, aut Thaleſtridis profectione ad Alexandrum prodita ſunt, fidem omnem derogare valeant. Eſto Atropatis Amazonum, neque Ariſtobulus, neque Ptolemæus mentionem fecerunt, num continuò qui id prodiderunt, mendacii arguendi? Quid ſi illi auctores ad majora intenti, hoc neglexerunt? Quid ſi illi Satrapæ infenſi, noluerunt hujus nomen in ſuis hiſtoriis legi? Quid denique ſi has mulieres nomine tantùm & cultu Amazonas putarunt? At nihil (inquit Arrianus) in ſua expeditione in Aſiam Xenophon de Amazonibus refert; non omiſſurus, ſi iis temporibus ſuperſtites fuiſſent. Immo, inquam, tunc ſuperſtites fuerunt, ſed non ſeparatæ à viris, neque eâdem quâ ſuperiore ævo, armorum gloriâ illuſtres: itaque de viris memorans, de Amazonibus quæ unà militarent, peculiariter dicendum non putavit. Fieri etiam poteſt, ut nullæ in ea expeditione Græcis Amazones occurrerint. Tunc ſci-

licet nuptas fuiſſe veriſimile eſt, & quæ viris conjunctæ erant, ab equitatus neceſſitate & militia immunes erant, neque in bella proficiſcebantur, niſi ſumma urgeret neceſſitas; auctore Hippocrate lib. de Aëre, locis, aquis: Ἢν δ᾽ ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται, παύεται ἱππαζομένη, ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη καταλάβῃ παγκοίνου στρατείης. i. e. *Quòd ſi qua virum acceperit, ab equitatu libera eſt, niſi neceſſitas cogat communi expeditione omnes in bellum proficiſci.*

Quod porrò Strabo Clitarchi teſtimonium de Thaleſtridis ad Alexandrum profectione elevat, quia hanc à Caſpiis portis & Thermodonte commigraſſe ad Alexandrum dixit, ceu nulla eſſet eorum locorum inter ſe diſtantia, quæ tamen non minùs ſex millibus ſtadiorum invicem diſtare Strabo exiſtimat; quid hæc diſputatio, quæ ad ſola locorum interſtitia pertinet, ad derogandam hiſtoriæ illi de Thaleſtridis ad Alexandrum commigratione fidem momenti habeat, non video. Ut enim concedamus Cli-

tarchum de loco, unde Amazon profecta, erraſſe; non tamen propterea ſequetur, hanc iſtud iter non ſuſcepiſſe.

Supereſt ut quæ Goropius in Amazonicis adverſus eandem hiſtoriam diſputat, in medium adducamus. Ipſamet ejus verba ſubjiciam: *Cætera, quæ addit (Curtius) de Thaleſtri Regina, ad Alexandrum ſobolis causâ, ad tredecim vel quatuordecim dies commorata, cum Troga conſentiunt; ſed ridicula ſunt, tum univerſim, tum de locorum intervallo. Mulier ſcilicet per prærupta Caucaſi, per Armeniam minorem & majorem, per Mediam, perque alias interjectas tot gentes, ad Alexandrum in Hyrcaniam venit, quo ſemen reportaret. Non rideo fabulam, ſed peſſimam & laceram fabulæ ſuturam, quæ tam ingentibus terrarum intervallis fatiſcit. O miſeram feminam, quæ nec apud Gergeras, nec apud Iberos, nec apud ullos omnino vel Scythas, vel Armenos ſemen invenit, locis ſuis dignum! Explodamus igitur non hoc ſolum, ſed omnino totum figmentum antiquorum, quod nobis de mendicato foris concubitu*

*obtruſerunt; hæreamuſque Straboni, qui incredibile judicavit, ullam omnino mulierum civitatem citra viros conſtare poſſe, nedum tot gentibus imperare. Si quæ verò Amazones fuerunt, eas dicemus conjugatas fuiſſe.*

Hæc ſunt Goropii ibi epicheremata, rhetorum declamationibus propiora, quàm diſputationibus philoſophorum. Quæ ſi in pauca conferas, ejuſmodi elicies argumentationem: non eſt veriſimile, Reginam Amazonum tam longum tamque periculoſum iter ſuſcepiſſe, à Thermodonte uſque in Hyrcaniam, hoc ſolùm conſilio, ut prolem ex Alexandro ſuſciperet, cùm propiores ſibi haberet non degeneres, neque elumbes viros, quibus ad eam operam uti poſſet, ſi vellet. Neque enim prudentis eſt, quod minore labore, ſumptu, periculo, ex proximis obtinere poſſis, id cum maximis difficultatibus in procul diſſitis regionibus ire quæſitum. Et hanc quidem itineris per prærupta Caucaſi, & efferas gentes continuati moleſtiam ſic exaggerat

Goropius, tanquam non eſſet tanti, liberos, vel optimæ indolis gignere.

Verùm his facilè occurritur hunc in modum. Etiamſi prolis tantùm generoſioris ſuſcipiendæ causâ Thaleſtris ad Alexandrum è locis longinquis ſe contuliſſet, non tamen id quiſquam æquus rerum æſtimator ridiculum putet; non quia illi deeſſent in finitimis locis viri fortes, ſed quia nemo illis temporibus eſſe exiſtimabatur, qui animi magnitudine & factis Alexandro comparari poſſet. Cur igitur adeò ridiculum videatur, ſi Regina hæc Amazonum, gnara fortes fortibus creari, quod omnibus experientia dictat, non dubitavit Alexandrum aliis omnibus præferre, quem tunc omnibus virtute, & rerum bellicarum gloria præſtare audiret. Sed huic conſiderationi aliam acceſſiſſe fortiorem veriſimile, viſam ſcilicet callidæ mulieri optimam rationem firmandæ potentiæ, ſi omnium illius temporis Regum potentiſſimum ſibi arctiſſimo communium liberorum pignore devinciret,

tantoque præſidio regnum Amazonum conſtabiliret. Quod fuiſſe ejus in ea expeditione conſilium, haud obſcurè Curtius verbis quæ illi affingit, indicat: *Cæterùm interrogata num aliquid petere vellet, haud dubitavit fateri, ad communicandos cum Rege liberos ſe veniſſe, dignam ex qua ipſe regni generaret hæredes. Feminini ſexus ſe retenturam, marem reddituram patri.*

Quod autem antequam itineri ſe accingeret, Regis ſententiam de communicanda prole, per internuntios, ut mos eſt, non tentavit, ſed ſtatim ſe in conſpectum Regis dedit, factum puto, primùm fiduciâ dignitatis, quæ Regina eſſet; deinde etiam virtutis conſcientiâ, quæ eſſet fortiſſima; demum & formæ commendatione, quam illi egregiam fuiſſe conjici poteſt ex imagine ejus, quam Raderus Soc. J. Preſbyter, commentariis in Quintum Curtium, ex Romanis, ut teſtatur, & antiquis monumentis deſcriptam exhibet, nos ejus exemplo huc transferendam curavimus.



Nec multùm repugnabo, ſi quis hanc libidine etiam impulſam dicat, ut ſe Regi, quem ex factis grandi & heroïca corporis mole ac ſtatura viſendum animo fingebat, ultro objiceret, quo hunc citiùs formæ illecebris in ſui cupiditatem pertraheret. Hac enim etiam mente ad

eum profectam ex his Curtii verbis colligi poteſt: *Interrito vultu Regem Thaleſtris intuebatur, habitum ejus haudquaquam rerum famæ parem, oculis perluſtrans; quippe hominibus barbaris in corporum majeſtate veneratio eſt, magnorumque operum non alios capaces putant, quàm quos eximia ſpecie donare natura dignata eſt.* Quibus verbis, niſi fallor, confirmat quod dixi de anticipata Amazonis animo opinione ingentis ſtaturæ Alexandri, quali ferè habitu viros feminæ expetunt & affectantur; nempe libidinoſæ & procaces: quo in numero Thaleſtrin fuiſſe, ſuſpicionem facit idem auctor his verbis: *Acrior ad venerem feminæ cupido quàm Regis. At ut paucos dies ſuſtineret, perpulit.* Nec dubium quin eòdem reſpexerit Oroſius lib. 3. cùm hanc procacem Amazonem vocat. His Goropii & aliorum inventa & machinas ad fidem huic hiſtoriæ detrahendam excogitatas ſufficienter me diruiſſe arbitror; ut nihil jam obſtare videatur, quominus id quod à multis, iiſque eloquentiſſimis rerum condito-

ribus de Thaleſtris Reginæ Amazonum, & Alexandri mutua cognitione proditum eſt, veriſimile judicetur. Veriſimile, inquam, quia in tam vetuſtis, veriſimili unumquemque debere eſſe contentum exiſtimo; cùm præſertim plauſibilibus, aliquot fide dignorum auctorum teſtimonia accedunt. Sed & eâdem diſputatione fit credibilis eorum opinio, qui regnum Amazonum duraſſe uſque ad Alexandri Magni ætatem, vel etiam infra id tempus, contendunt. Equidem memoriâ repeto, me initio Diſſertationis, cùm de Amazonum ſtatu agerem, quid de Thaleſtridis hiſtoria quiſque ſentire vellet, in medio reliquiſſe, cùm utra opinio vera eſſet affirmantium aut negantium, parum ejus diſputationis intereſſe exiſtimarem: nunc cùm de gentis illius duratione agitur, accuratiùs quid mihi de hoc facto probabilius videretur, explicandum fuit, quo maximè conſtare poſſet, regnum Amazonum conſervatum uſque ad tempora Alexandri Magni. Quinetiam ſic diſputa-

tio ibi inſtituitur, tanquam pridem Amazonum genus interiiſſet, ac nulla ampliùs in terris ſimilis mulierum ſocietas, aut regnum exiſteret, ut pateret, nec ſi id concedatur, ſequi exinde, ut non potuerint olim illa omnia conſiſtere, quæ priſci auctores de Amazonum imperio, expeditionibus, monumentis prodiderunt. Quod cùm ſatis à me pro captu argumenti demonſtratum putem, reſtat ut multas Deo optimo maximo gratias de hac qualicumque opera agens, finem Diſſertationi imponam.

## ADDENDA.

PAG. 29. v. 11. Hanc etiam opinionem maximè eſt amplexus Goropius Becanus in Amazonicis. Cùm enim Amazonum hiſtoriam ibi tuendam atque illuſtrandam ſuſcepiſſet, non ſeorſim has ſine viris vixiſſe, aut res geſſiſſe cenſet; ſed viris aliarum mulierum ritu conjunctas fuiſſe. *Freti igitur* (inquit) *tum ratione quâ docetur, nullam ſolis mulieribus civitatem conſiſtere poſſe, tum hoc graviſſimo teſtimonio* (*Hippocratis*) *aſſerimus, Amazones mulieres ſemper Sauromatarum uxores fuiſſe: Sauromatas verò hos è locorum deſcriptione contendimus alio nomine Cimmerios vocari.*

*Pag.* 30. *v.* 14. Haud abſimili machina utitur Goropius citato loco: morem fuiſſe apud Sauromatas, ut uxores ſuas armatas cum filiis adhuc tironibus & inveſtibus, in hoſtes præmitterent, qui prælium occuparent. Unde

hoſtibus error, quòd imberbes adoleſcentes à matribus non diſcernerent.

*Pag.* 73. *v.* 3. Aliter viri diligentes hunc Themiſtii locum emendarunt ex MSS. ſed poſteriùs, quàm prælo hæc finem adepta.

*Pag.* 88. *v.* 29. Philoſtratus autem in Heroïcis ita dictas cenſet, quòd matrum uberibus non alerentur, ſed lacte equarum, ut Camilla Maronis. Τὸ μὲν δὴ ὄνομα τῶν Ἀμαζόσιν, ἐκ τοῦ μὴ μαζ τρέφεσθαι, κεῖσθαι ἡγώμεθα. τρέφουσι δὲ τὰ βρέφη γάλακτί τε φορβάδων ἵππων, καὶ δρόσου κηρίοις, ἣ μέλιτος δίκην ἐπὶ Τοὺ δόνακας τῶν ποταμῶν ἱζάνει. i. e. *Nomen autem Amazonibus ab eo inditum arbitremur, quòd mammâ non nutriantur. Alunt enim infantes cùm gregalium equarum lacte, tum roris favis, qui in modum mellis, fluviorum calamis inſidet.*

*Pag.* 109. *v.* 4. Cùm Q. Curtii lib. 5. de Geſtis Alexandri, ubi de Mardorum gente tradit; tum

*Pag.* 133. *v.* 20. Nec multò in his diligentior Strabo, qui hæc tantùm lib. 11. Ἀπάσας δ' ἐπικεκαῦσθαι τὸν δεξιὸν μα-

στὸν ἐκ νηπίων ὥστε εὐπετῶς χρῆσθαι τῷ βραχίονι πρὸς ἑκάστην χρείαν, ἔν τε τοῖς πρὸς ἀκοντισμόν· χρῆσθαι δὲ καὶ τόξῳ, καὶ σαγάρει, καὶ πέλτῃ· δορὰς δὲ θηρίων ποιεῖσθαι, κράνη τε, καὶ σκεπάσματα, καὶ διαζώματα. i. e. *Omnibus ab infantia dextram mamillam aduri, ut expeditiore ad ſingulos uſus, tum ad jaculandum brachio utantur: uti etiam arcu, & ſecuri, ac pelta; è ferarum pellibus galeas, aliaque tegumenta & baltea facere.* Accepit à Xenophonte, qui lib. 4. Ἀναβάσεως Amazonibus σάγαρειν tribuit: Ὁ δὲ, ἄνδρα συλλαβὼν ἧκεν ἄγων ἔχοντα τόξον Περσικὸν, καὶ φαρέτραν, καὶ σάγαρειν, οἵανπερ αἱ Ἀμαζόνες ἔχουσιν. Eſt autem σάγαρεις, πελέκιον μονόστομον Heſychio; hoc eſt, *ſecuricula, una parte ſecans.* Suidas verò ſic: Σάγαρεις, κοπὶς, ἢ πέλεκις: item, τὰ ἐκ χειρὸς ὅπλα, arma quæ ad manum, qubus ſcilicet manu comprehenſis pugnamus.

*Pag.* 134. *v.* 13. *poſt verbum* conjicit, *hæc adde.* Nec fruſtra eſſe hujus conjecturæ Patinum, alius ejuſdem propè typi nummus, & eodem ſub Magi-

ſtratu, magno (ut vocant) ære percuſſus, arguit; in quo Amazon, quo ſolet habitu, ſpectabilis exhibetur: quem damus, tum quia in iſto Amazon templum manu ſuſtinet; tum quia nomen Magiſtratus expreſſius, quàm in Patiniano. Morellus autem nobis hunc delineavit ex reconditis Goltzii ectypis.




*Pag.* 151. *v.* 5. Aliam igitur commentus eſt Goropius: *Nihil ambitioſius in prælio obſervandum, quàm ne ſcutum abjeciſſe videamur: quod ne accideret, ſiniſtram mammam, quæ arteriæ magnæ exortui incumbit, Cimmerii nudam tironibus eſſe voluerunt.* Planè ἀπροσδιονύσως & contra hiſtoriam: non enim ſiniſtra,

ſed dextra Amazonibus detecta in præliis.

*Pag* 155. *v.* 13. Eòdem ſpectant hæc Philoſtrati in Heroïcis : Φησὶ δὲ ὅτι καὶ Μυσαὶ γυναῖκες ἀφ' ἵππων ξυνεμάχοντο τοῖς ἀνδράσιν, ὥσπερ Αμαζόνες, καὶ ἦρχε τῆς ἵππου ταύτης Ἱέρα γυνὴ Τηλέφου. i. e. *Myſæ etiam mulieres, eodem auctore, cum viris, ab equis pugnabant, quemadmodum Amazones; Telephique uxor Hiera huic equitatui imperabat.*

*Pag.* 160. *v.* 9. Sanè hunc morem Virgilius in Camilla exprimit libro 11. Æneidos :

*Illa etiam, ſi quando in tergum pulſa receſſit,*
*Spicula converſo fugientia dirigit arcu.*

*Pag.* 199. *poſt verſum* 8. Cæterùm infrà, ubi de Amazonum temporibus diſputabitur, commodiore ſcilicet loco, ne bis eadem facta repetantur, ſi qua in ejuſmodi expeditionibus ſcitu digna reſtant, accuratiùs trademus.

*Pag.* 216. Cùm enim omnes νόσφι, hoc eſt, ſeorſim habitaſſe dicat, non video, cur harum pars χαδησίαι à ſeceſſu dicerentur : niſi fortè hæ pecu-

liariter eo nomine vocatæ, quòd magis remotæ ab aliis, morumque feritate ſocietatem fugerent. Sed de triplici hac Amazonum diviſione, & pagis earum, aliàs accuratiùs, ſi Deus dederit, conſiderabimus.

*Pag.* 218. *v.* 22. Unus interim, quod ſciam, Lycophron in Alexandra, Amazones tanquam ſtirpe Neptuni prognatas, Νεπτουνίδας appellat:

ἢ αἱ ζυώαιμοι παρθένοι Νεπτουνίδες.

Qua ratione, non video; niſi morem veterum Poëtarum ſecutus eſt, qui, ut Gellius notat lib. 15. cap. 21. Noct. Attic. *ferociſſimos, & immanes, & alienos ab omni humanitate, tanquam è mari genitos, Neptuni filios dixerunt, Cyclopa, & Cercyona, & Læſtrigonas.*

*Pag.* 222. *v.* 16. Non omittendum, quod idem Stephanus notat de parte illa urbis, quæ Σισύρβη dicta eſt, id nomen illi inditum fuiſſe ἀπὸ Σισύρβης Ἀμαζόνος, *à Siſyrba Amazone.*

*Pag.* 225. *v.* 21. *poſt verbum* oſtendimus. Ita truncum ulmi pro illa urbis regione dictum putandum eſt αἰνιγματωδῶς;

πωδῶς; quâ figurâ Poëtas uti interdum conſtat. Non me interim latet, Scaligerum aliter hunc locum explicare, Animadv. ad Euſeb num. DCCCLXX. *Simulacrum* (inquit) *Dianæ Epheſiæ erat truncus acutus ulmeus; unde Epheſus priùs vocata fuit* Πτελέα, *cives,* Πτελεαῖοι, Πτελεάται, *auctore Stephano. Quare non mirum ſi hunc locum Dionyſii Euſtathius enarrator non aſſecutus eſt. Hoc vult Dionyſius: Amazones conſtruxerunt templum in honorem trunci ulmei, hoc eſt, ſimulacri Dianæ.* Ita quidem Scaliger exponit; at Dionyſii verba aliud ſonant: non enim templum dicit conſtructum πρέμνῳ πτελέης, hoc eſt, in honorem; ſed πρέμνῳ ἐνὶ πτελέης, in trunco ulmi. Aliud eſt conſtruere in trunco, aliud trunco, ſive in honorem trunci.

*Pag.* 260. *v.* 2. *poſt verbum* indicaſſe, *adde:* Non deſunt tamen qui hocce in nummo æris mediocris, ut loquuntur, quæ comparet effigies, Myrinæ eſſe Amazonis putent.




*Pag.* 261. *v.* 2. *poſt* τεθεῖσας *&c. adde:* Sed & Mela lib. 1. cap. 18. Cymen nominavit, pulſis qui habitarant, dux Amazonum Cyme.

*Pag.* 286. *v.* 9. *poſt verba*, bipennem tenens, *adde.* Eſt autem hic nummus è Muſeo Colbertino.

*Pag.* 298. *v.* 17. De qua jam ſuprà à nobis dictum obiter, ubi de Amazonum genere & patria. Nunc paulò accuratiùs.

FINIS.

# INDEX
## RERUM MEMORABILIUM quæ in hac de Amazonibus Diſſertatione continentur.

A


ACMONIUS lucus, in quo Mars Harmoniæ Nymphæ concubitu, Amazonum genti initium præbuit. 297
Æorpata dictæ Amazones Scythicâ linguâ, quòd mares liberos necarent. 154
Amaſia nonnullis ab Amazone cognomine dicta cenſetur. 279
Amaſia urbs, Strabonis patria. 205
Amaſtriani, Smyrnæorum colonia. 273
Amaſtris Amazon. 272
Amaſtris urbs, à quo condita. 271
Ἀμαζόνειον, nomen loci Athenis. 318
Qua occaſione Amazones à viris ſeceſſerint. 41
Amazones ductæ in triumphum ab Aureliano, teſte Vopiſco. 198
Amazones ex equis pugnantes, ſagittis arcu emiſſis, haſtiſque & ſecuribus hoſtes feriebant. 155
Amazones fuiſſe negat Strabo. 13
Amazones haſtis pugnaſſe probatur contra Arrianum. 157
Amazones maſculam prolem debilitabant. 151
Amazones non ſemper iiſdem inſtitutis uſæ. 37
Amazones non ſine viris militarunt, quorumdam opinione. 22
Amazones primæ armis ferreis corpus munierunt. 155
Amazones primas equos conſcendere auſas Lyſias Orator prodit. 154
Amazones quibuſdam barbaris adverſus Pompeium ſuppetias tuliſſe creditum. 198
Amazones Sauromatides & Sauropatides vocatæ. 89
Amazones ſe Martis ſtirpe editas gloriabantur. 217
Amazones trifariam locis diviſæ. 214
Amazones virili cultu ornatæ in quibuſdam nummis. 134
Amazones viros fuiſſe cultu muliebri pugnantes putavit Palæphatus. 30
Amazones unde dictæ. 88
Amazonium. 304
Amazonum à Themiſcyreis campis in Scythiam cōmigratio. 57

Amazonum conflictus cum Romanis tempore Pompeii. 364
Amazonum expeditio in Achillis inſulam 194
Amazonum expeditio in Atticam quo anno Mundi. 352
Amazonum expeditio in Troadem. 350
Amazonum maſculi habitus & fortitudinis ab hiſtoriis animalium petita ratio 104. 105
Amazonum nomen ad omnes fortes mulieres interdum extenditur. 47
Amazonum nomina Græca quomodo illis impoſita. 332
Amazonum primæ originis tempus definiri non poteſt. 358
Amazonum recentes hiſtoriæ 48. *& ſeq.*
Amazonum regnum duraſſe uſque ad tempora Alexandri Magni, quibuſdam placet 362
Amazonum res Cadmi & Dionyſi rebus antiquiores. 346. 348
de Amazonum ſedibus Plutarchi locus. 58
Amiſus in numero urbium ab Amazonibus conditarum à quibuſdam poſita. 270
Ancilis Romani figura. 171. *& ſeqq.*
Antidotorum vis. 83
Gentium aliquot Arctico polo propiorum nomina, & vivendi ratio 109
Aretias inſula. 216
Aretias inſula Marti ſacra. 299
de Aria inſula in Ponto Plinii locus. 300
Arrianus & Strabo de cultu Amazonum. 133
Aſia, nomen urbis in Lydia olim celeberrimæ. 237
Aſia, regio, palus, pratum. 238
Aſſueti faciliùs labores ferunt licèt ætate provecti. 83
Aſtrateæ Dianæ templum ab Amazonibus conſtructum. 305
Atalante Iaſionis filia, & ejus virilis indoles. 85
Auguſtini locus de infantium moribus, cum Ariſtotelico de iiſdem comparatur. 107
Auguſtini locus ex libro 1. de Ordine. 119

B

Batia Teucri Trois filia, Dardani uxor. 315
de Batiea, Platonis locus. 317
Batieæ deſcriptio. 312
Batiea, tumulus ſub quo Myrina Amazon ſepulta. Nominis etymon. 314. 315
Bipennis figura in nummis, Amazonis argumentum. 252
Bitui, qui dicantur. 292
in Brutorum genere feminæ inermes. 28

C

Cadmus quo tempore vixerit. 349
Callimachi locus de Epheſiæ Dianæ ſimulacro. 224
Callinus Poëta vetus. 219

Calliphanes de Androgynis. 147
Camilla Volſcorum Reguli filia, priſcarum Amazonum æmu-la. 87
De regione ubi olim Chalybes ſiti, variæ opiniones. 76
Cimmeriorum irruptio in Aſiam, quo tempore. 352
Civitatem ex ſolis mulieribus conſtitui poſſe & conſiſtere probatur contra Strabonem & alios. 121
Claudi ſalaces & validæ libidinis. 153
Cleopatra Ægypti Regina, Antonii uxor, Iſidem ſe credi volebat. 201
Clete, nomen urbis, & Amazonis. 279
Columna Amazonia Athenis. 318
Commodus Imperator, Amazonius vocatus, & quare. 187
Conſuetudinis vis in anu Attica. 83
Græcorum conſuetudo vernacula barbararum nationum nomina ſupprimendi. 331
Contemplationi obſtat agitatio & tumultus. Bodini inſignis in hanc ſententiam locus. 61
De Cultu Amazonum exactè quicquam ſcribere arduum. 153
Cuma urbs Æolidis celeberrima, ab Amazone Cyme nuncupata. 260

D

DAnieli & ſociis Chaldæi nova nomina imponunt. 337
Demoſthenes quidam librum de Portubus edidit. 273
Dianæ Epheſiæ templum ab Amazonibus conſtructum in ulmi ſtipite tradit Dionyſius Alexandrinus Poëta. 222
Plinii & Xenophontis diſſenſio de materia ſimulacri Epheſiæ Dianæ. 227
Diana ταυροπόλος. 246
Διασύρακοι. 294
Δίκοροι qui Græcis dicantur. 293. 294
Diodori locus de fine regni Amazonum. 360
Dionyſii Περιηγητοῦ de templo Dianæ in ulmi ſtipite constructo ænigma explicatur. 225
Petri Divæi Lovanienſis libellus de Galliæ Belgicæ Antiquitatibus. 331

E

EFfeminati apud Scythas 111
Effeminati apud Hebræos, Scripturæ locus de his. *ibid.*
Effeminatio in maledictis poſita apud Iudæos. *ibid.*
Elæa urbs in Æolide Pergamenorum navale. 289
Epheſii antiquitus Smyrnæi dicti ſunt. 219
Epheſini Dianæ templi magnificentia. 226. *& ſeq.*
Epheſus ab Amazonibus condita. 220
Eunuchorum aliquot illuſtrium exempla. 114

Europæi Aſianis fortiores auctore Hippocrate. 62
Hominum ſingularium & incomparabilium exempla. 129
Expeditiones Amazonum tres in primis celebrantur, duæ in Troada, & quæ in Atticam tempore Theſei. 192

F

Famoſum non poteſt penitus eſſe falſum. 5
Ferri proventus major apud bellicoſas gentes. 78
Ferrum gentium ſupra Pontum ſitarum linguâ *temir* dicitur. 79
Ficus Indicæ folio qualis figura apud Theophraſtum & Plinium. 177

G

Galeni locus de Amazonibus. 149
Geſtus eorum qui arcu ſagittas excutiunt. 148
Gignendarum rerum duplex ordo, unus inferior & purè naturalis, alter ſuperior & tranſcendens communem naturæ legem. 129
Goropii diſputatio, quâ hiſtoriam de Thaleſtridis ad Alexandrum profectione impugnat, expenditur & confutatur. 371
Goropii in eruendis Græcorum nominum etymologiis putida diligentia 306. 308
Goropii putidum commentum, humanæ eruditionis & ſapientiæ originem à Cimbris repetentis. 308
Goropius Becanus, vir eruditus & multæ lectionis, ſed qui effreni ingenii, cui nimium indulget, licentiâ ſæpe illudit lectoribus. 306
Amazones latè per orbem terrarum arma victricia circumtuliſſe quo argumento colligat Goropius. 307
Gregorii Nyſſeni opinio ſingularis de Ponti Euxini appellatione & accolis. 70
Grynæus Apollo. 259
Gulo, *vide* Roſomacham. 80

H

Hadriani Imp. Epigramma de pugna Amazonum. 101
Halizones, olim Alybes, poſtea Chalybes dicti. 77
In omni inanimata eſt aliquod principium harmoniæ & conſtitutionis. 18
Heſiodi verſus de famoſis opinionibus. 6
Hippocratis locus de Amazonibus. 24
Hippocratis argumentum in eos qui medendi artem eſſe negant. 8
Nulla hiſtoria adeo ſinceraſt, cui non aliquid admixtum ſit falſi. 150
Homerus Hectori, Aſtyanacti & aliis Trojanis Græca nomina impoſuit. 332
Homines aliter calidi efficiuntur in frigidis locis, atque in calidis. 98

Homines cruda vorantes, atque etiam humanis carnibus veſcẽtes olim in Ponto. 65
Homines ferinæ indolis. 64

I

INgenia & mores proprios cujuſque ſexus interdum permutari cenſet Ariſtoteles. 116.
Ingenia hominum acutiora in calidis plagis, quàm in frigidis 310
Ἵππος, nomen morbi. 295
Iſidori error de ſiſtri etymo. 200

L

LAbor, ſi modum excedat, homines efferat. 100
Lamia, quale animal. 65
Leonis periplus. 273
Fortunii Liceti liber de lapide Bononienſi. 70
Liceti liber de Antiquorum lucernis. 188
Locorum conditio multùm ad variandas hominum & aliarum rerum proprietates valet. 53
Lucerna Amazonum. 188
Lucernæ Amazonum expoſitio ex Plutarcho. 322
Lunatæ peltæ Amazonum. 180

M

MAgicis artibus infames nationes ubi. 81
Magneſia duplex. 263
Magneſia urbs condita & nominata ab Amazone. 263
Amazonibus mamma dextra an ferro adimi, aut tantùm minui prohibito incremento ſoleret, inter auctores non convenit. 138
Eorum opinio qui non exuri mammam dextram infantibus apud Amazones, ſed tantùm ejus incrementum prohiberi ſolitum cenſent. 144. 145. 146
Cur dextri lateris mamma Amazonibus exureretur, aut minor redderetur, variæ cauſæ traduntur. 148
Modus mammæ puellis abſcindendæ ex Cardano. 142
Medicamenta ad coërcendum mammarum tumorem. 146
Mares animoſiores feminis. 20
Martiani Capellæ locus de figura peltæ Amazoniæ. 178
Meliſſi & Lamiſci opinio de deſitis. 16
Hieronymi Mercurialis locus de Amazonibus. 45
Midas Phrygiæ Rex taurino ſanguine epoto mortem ſibi conſcivit. 353
Amazones prælio victæ ab exercitu Scytharum & Thracum, ducibus Mopſo & Sipylo, Reginâ earum Myrinâ interfectâ. 265
Opinio Hippocratis de cauſa feminei morbi Scytharum confutatur. 113
Rara & monſtroſa non curant Philoſophi. 21
Nihil auctori naturæ monſtroſum aut turpe. 120

Morbi feminei Scytharum cauſa juxta Hippocratem. 112
Mores iidem infantibus maſculis & feminis. 107
Vbique loca & quæ in iis naſcuntur, hominum moribus & inſtitutis congruunt. 80
Terra quacumque in regione congruentia incolarum moribus producit. 78
Moſſynœcorum cetræ quales. 183
Mulier ambidextra non naſcitur. 150
Mulier quomodo viro calidior & validior fieri poſſit. 92. *& ſeq.*
In locis frigidis minùs diverſæ mulieres à viris. 106
Mulieres fortes & viriles olim fuiſſe & nunc exiſtere conſtat. 25
Mulieres cur virilibus exercitiis aſſuefieri non debeant. 101. 102
Myrina Amazon multi ſaltus dicta Homero. 255
Myrina urbs Æolidis ita dicta à Myrina Amazone. 256
Myrinæ Amazonis ſepulcrum in Troade Batieæ nomine celebratum ab Homero. 311
Myrinæorum nummus. 257
Myrlæa Bithyniæ oppidum. 179

N

NEptunides dicuntur Amazones apud Lycophonem. 218, 384
Nullum eſt nomen cui non aliqua res ſubſit. 8
Nomina hominum inventa, res naturæ opera. 8
Ioſephi locus inſignis de Græcorum conſuetudine transferendi nomina aliarum nationum, item Philonis, Iuſtini Martyris, & Theophili Antiocheni. 334. 336
Ludovici Nonni error notatus à Triſtano. 258

O

OVidii locus de ancilis Romani figura explicatur. 174

P

PAlæphati locus de antiquis hiſtoriis. 7
Panæma, locus in Samo, inſula, & ratio nominis. 324. 325
Pelta Amazonum quibuſdam quadrangulæ figuræ. 184
Peltæ Amazoniæ figura ſecundùm Camerarium. 174
Aliud eſt pelta, aliud pelta Amazonia. 177
Peltæ Amazoniæ deſcriptio apud Quintum Smyrnæum. 179
Peltæ Amazonum rhombi figura. 184
Auctorum diſſenſio de figura peltæ Amazoniæ. 186
Dionyſii Halicarnaſſei locus de figura peltæ Threcidicæ. 170. 171
Pelta Thracum propria. 169
Penthesileæ nomen quid ſignificet, & qua occaſione illi inditum, cur furens Virgilio dicatur. 338. 339
Pharao Ægypti Rex Ioſepho nomen novum indit. 337
Philonis Byzantii fragmentum de templo Epheſiæ Dianæ. 229
Philoſophi ſunt amatores fabularum, quomodo intelligendum. 11
Pholi centauri nobilis ſepulcrum. 312

Thomas de Pinedo Stephani editor caſtigatur. 89
Platonis locus de Amazonibus. 26
Platonis opinio de mulierum inſtitutione. 89
Plempius Plinium reprehendit. 295
Plinii locus emendatur. 292
Plinii locus elegans de iis quæ in natura præter naturæ ordinem fieri obſervantur. 117
Quare Plinius Amazonum inter portenta gentium mentionem non fecerit. 118
Plutarchi liber de Fluminibus. 208
Plutarchi locus emendatur. 325
Plutarchus à Theſeo hiſtoriam ſuam virorum illuſtrium incœpit, & quare non ab alio ſuperiore. 343
Pollucis locus de pelta Amazonica. 181
Pollux, quod Xenophon de Moſſynœcorum armatura dixit, ad Amazonas tranſtulit. 181
Ponticarum gentium immanitas. 64
Pontus Euxinus olim Axenos dictus. 66
Io. Baptiſtæ Portæ libri phytognomonici. 81
Ptolemei locus de Amazonibus. 139
Pyrrhichus, oppidum in Laconia. 304
Pythopolis urbs in Bithyniæ finibus à Theſeo condita. 277

Q

QVinti Smyrnæi locus cum alio Xenophontis confertur. 183

R

REcentiorum Relationes de Mengrelia ſive Colchide. 365. 366
R Naturæ lege mas regere, femina regi debet. 19
Roſomacha animal voraciſſimum. 80
Ruſticæ mulieres à viris nihil morum torvitate & laborum patientia differunt. 108

S

SAliorum Martis ſacerdotum armatura.
Sardium expugnatio à Cimmeriis quo anno Mundi. 355
Scientiarum omnium origo ab Aſſyriis. 309
Scotuſſa urbs Theſſaliæ. 322
Scotuſſæa regio in Theſſalia. 323
Scythæ cur audaces. 59
Scytharum appellatio quàm latè apud antiquos pateat. 63
Scytharum natio quædam olim feminis ſubjecta. 23
Securis, Pentheſileæ Amazonis inventum. 156
Semiramidis crudelitas in amaſios ſuos. 312
Sepulcra illuſtrium hominum ſub montibus. 312. 313
Sinope Ponti urbs clara, unde nacta id nomen. 275. 276
Sipylene, unum ex Cybeles nominibus. 265
Siſtro vice tubæ Amazones uſæ Iſidoro teſte. 193

Smyrna urbs à Smyrna Amazone nuncupata. 233
Smyrna urbs, nunc Iſmir. 233
Solois, Athenienſis adoleſcens amore Antiopes Amazonis in-cenſus, moritur ex deſperatione, quòd eâ potiri non poſ-ſet. 277
Stephani Byzantii opinio de cauſis Amazonum fortitudinis. 54
Strabonis locus emendatus. 265
Stymphalidum volucrum natura. 301. 302

T

TAuropolia, ſacra in honorem Dianæ inſtituta. 245
Verbi τέμνω etymon. 79
Templum Martis ab Amazonibus conditum in Aretiade in-ſula. 298
Templum Amazonii Apollinis. 305
Tertulliani locus inſignis de Ponticarum gentium barbarie. 67
Thaleſtridis conſilium de profectione ad Alexandrum explica-tur. 373
Thaleſtridis hiſtoria expenditur; veritas ejus defenditur; ob-jectionibus reſpondetur. 366. & inde.
Thaleſtridis Reginæ profectio ad Alexandrum, 362. & inde
Themiſcyra nomen urbis & regionis. 203
Themiſcyra urbs, Amazonum opus. 205
Strabonis locus, de campo ubi ſita olim urbs Themiſcyra. 203
Fluvius, qui Thermodon dictus eſt, priùs antiquo nomine Cryſtallus vocabatur: 208
Thermodon nomen fluvii in Bœotia juxta Chæroneam. 320. 321
Thermodon nomen viri, ejuſque ſimulacrum lapideum. 321. 322
Amazones in ſolo Thermodonte corpora abluebant. 216
Thermodontis nomina varia. 208. 209
Theſeus ante Olympiades. 344
Theſeus quo anno Mundi res geſſerit. 351
Thiba nomen regionis in Ponto, ab Amazone Thiba ita di-ctæ. 289. 290
Thibii gens Pontica. 290
Thibii & aliæ gentes Ponticæ veneficiis infames. 296
Vopiſci Fortunati Plempii locus de Thibiis. 293
Philarchi locus de Thibiis. 292
Plinius non rectè Philarchi mentem de Thibiis intellexit: 29
Thyatira ab Amazone condita. 250
Thyatira urbs unde dicta. 248
Timagnetus. 301

V

VAlaſcæ puellæ factio & potentia. 4
Henrici Valeſii elogium. Locus in Dionis Excerptis ab eo-dem emendatus. 259
Tria temporis totius intervalla apud Varronem. 34

# INDEX.

In antiquis admodum & deſitis veriſimilia attuliſſe ſufficit. 377
Non temere repudianda Veterum auctoritas. 36
Victus ratio Amazonum, cauſa earum fortitudinis. 84
Virginum Atticarum habitus qualis. 145
Vt viros muliebres, ſic mulieres viriles inveniri ex ordine Vniverſi. 111
Quæ in aliquo genere inordinata ut monſtra, ad ordinem Vniverſi pertinent. 111
Voluptas ærumnarum hujus vitæ medicina & conſolatio. 103
Vrbium enumeratio quibus Amazones nomen dederunt, ex Strabone. 232

X

XEnophontis locus de Moſſynœcis. 182

---

## ERRATA.

*Paginâ* 31. *verſu* 7. utrùm, *lege* utrum *ſine accentu.*
*Pag.* 35. *v.* 5. Αμάζονες, *leg.* Αμαζόνες.
*Pag.* 41. *v.* 4. πετρατώδη, *leg.* πετρατώδη.
*Pag.* 58. *v.* 19. ἀπὸ τίνι, *lege* περὶ τοι.
*Pag.* 60. *v.* 9. foris, *leg.* foras.
*Pag.* 66. *v.* 6. hoc Scythis, *leg.* hos.
*Ibid.* *v.* 9. ὠμοὶς, *leg.* ὠμοὺς. *v* 11. ἠδὲ, *leg.* ἠδὺ.
*Pag.* 69. *v* 6. *juſſus abeſſo*, leg. *abeſſe.*
*Pag.* 77. *v.* 14. Αλιζόνους, *leg.* Αλιζῶνας.
*Ibib.* *v.* 18. Alizones, *leg.* Halizones.
*Pag.* 81. *v.* 10. Phytognomicos, *leg.* Phytognomonicos.
*Pag* 89. *v.* 12. Σουρομανίδας, *leg.* Σαυρομανίδας.
*P.* 117. *v.* 16. *leg.* fide digna non arbitrantur.
*Pag.* 127. *v.* 2. ἑνὶ, *leg.* ἐνὶ.
*Pag.* 128. *v.* 12. modum, *leg.* nodum.
*Pag.* 134. *v.* 8. Tyatiræ, *leg.* Thyatiræ.

*Pag*. 141. *v*. 1. *poſt* tum *leg*. tum hinc cognoſcitur.

*Pag*. 172. *v*. 3. anciiorum, *leg*. anciliorum.

*Pag*. 176. *v*. 6. conciliare, *leg*. conciliari.

*Pag*. 196. *v*. 13. in peripſo, *leg*. periplo.

*Pag*. 209. *v*. 3. Chryſtallus, *leg*. Cryſtallus.

*Pag*. 213. *v*. 7. αἱ τούτου, *leg*. ἐκ τούτου.

*Pag*. 219. *v*. *ult*. δι' ἐκῶ, *l*. δὲ.

*Pag*. 236. *v*. 1. dem, *l*. eidem.

*Pag*. 242. *v*. 23. ὅνπε, *l*. ὅνπερ.

*Pag*. 262. *v*. 7. *poſt* operculo, *adde* notatos vel deſignatos.

*Pag*. 285. *v*. 13. νόμος, *lege* νομός.

*Pag*. 289. *v*. 21. Pergamenorum navale, *l*. navalis.

Cætera quæ me fugerunt, mendoſa, lector oculatus corrigat.

E685
P489p